Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ
XXVI*
A
20
NAPOLI
82
AL. 46.

Digitized by Google

Digitized by Google

INSIGNIUM VIRORUM EPISTOLÆ SELECTÆ,

QUAE NUNC PRIMUM PRODEUNT,

EX BIBLIOTHECA

JANI GUILIELMI MEELII J. C.



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

AMSTELÆDAMI,

EX TYPOGRAPHIA HALMIANA,

MDCCI.

Digitized by Google

Digitized by Google



PERILLUSTRI

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO

VIRO

DOMINO DOMINO

NICOLAO WITSEN,

REIPUBLICÆ

AMSTELÆDAMENSIS

DECIMUM

CONSULI,

I N

CONGRESSU

CELSORUM ET PRÆPOTENTIUM

DOMINORUM

ORDINUM GENERALIUM

DEPUTATO,

AD

MAGNÆ BRITANNIÆ REGEM

QUONDAM LEGATO,

REBUS SOCIETATIS INDIÆ

CURANDIS PRÆFECTO.

ETC. ETC. ETC.

S. P. D.

JANUS GUILIELMUS VAN MEEL.

Hocce qualecumque animi mei Teſtimonium ante aram Benevolen-

Digitized by Google

lentiæ Tuæ ne deponerem, deterrebant me & innatus mihi pudor, & erudita Tua Gravitas; pudor, inquam, qui me tenuitatis meæ conſcium monebat, quam in hoc opuſculo nihil a me profluxerit Tuis oculis dignum; ſed huic, virorum humaniſſime, tritum illud & obvium

In magnis voluiſſe ſat eſt

oppoſui. Gravitas vero illa

Tua Erudita, qua ſufflaminabar, audaciæ meæ me redarguit, quod Te, Vir Ampliſſime, maximis Reipublicæ curis, hoc difficillimo tempore diſtractum, hiſce meis moror. Veniam itaque hujus auſus mei peto, & ad ingenitam Tuam Humanitatem, qua omnes Litterarum cultores & amantes complecti ſoles, confugio; certus locum in aſylo illo huic opellæ meæ

non

Digitized by Google

non denegatum iri, non quidem ullo meo merito, ſed eorum, quorum tabellas ex naufragio oblivionis & a tinearum & blattarum injuria vindicavi. Siſtunt ſeſe, in tenui hoc volumine, Inſignium *illorum præteriti ſæculi* virorum Grotii, Lingelshemii, Maurerii, Cordeſii, Voſſii, Merſenni, Meurſii, Scriverii, Buchellii, Hugenii *aliorumque* Epi-

ſtolæ. *Fulgeant tantorum Virorum Litteraria Monumenta, ſub auſpiciis Illuſtriſſimi nominis Tui, cujus ego devotiſſimus cultor haſce Litteras tanquam obſequii mei Teſtes Tibi Dedico & Conſecro. Diu valeas, Vir Ampliſſime, opto, & mihi Tui Obſervantiſſimo & humillimo clienti favere pergas rogo. Dabam Amſtelædami Ipſis Kalendis Aprilis* MDCCI.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD
CANDIDUM
LECTOREM.

Quæ nunc è latebris, in quibus adhuc delituere, prodeunt, Benevole Lector, Epiſtolæ, vel a Belgis, vel ad Belgas ſuperiori ſæculo exaratæ, ex ipſis Autographis deſcriptas exhibemus. Paucæ quidem ſunt, attamen non eo nomine deſpectui habendæ. Præſtant pauca auri grana magno arenarum cumulo. Quæ a Viris Claris litteris ſunt conſignata, & aliquam Reipublicæ Litterariæ lucem affundere poſſunt, ab interitu non vindicare piaculum duco: tum etiam nefas crebris amicorum appellationibus, quibus haſce efflagitarunt, diutius eas denegare.

In relegendo, Notulas, ut moleſtiam, quæ ex diverſis evolvendis crea-

tur, ſublevaremus, non ullo gloriæ ſtudio, adſperſimus.

Epiſtolæ *Grotianæ* ſæpius a me citatæ *Amſtelædami* in Folio & *Barlæanæ* ibidem in Octavo editæ ſunt.

Omnes hæ *Epiſtolæ* antehac, quod equidem ſciam, fuere *ineditæ*, exceptis tribus *Barlæanis* in Quinta Decuria ad rei illuſtrationem inter primam & ſecundam inſertis; nullæ enim apparent in CVII. Epiſtolarum voluminibus, quæ in tenui mea ſuppellectili libraria poſſideo.

In *Quinque* haſce diviſi *Decurias*, quarum Prima Grotii vel ad Grotium, Secunda, Tertia & Quarta Scriverii vel ad Eum, Quinta vero Variorum ad Barlæum datas litteras continet. In *Decurias* autem digeſſi, quod facilius erat cujuſvis Viri Eruditi decem, quam plures, nanciſci Epiſtolas: in iis porro digerendis temporis tantum ordinem fui ſecutus.

Niſi me nimium Reipublicæ Littera-

ra-

rariæ inſerviendi ſtudium fallat, erit in *Grotii* eximia ad *Sigilli Cuſtodem* Epiſtola dicam an Apologia, *Maurerii*, *Buchellii* aliorumque Litteris, quod *Res* ſuperiore ſæculo *geſtas* cognoſcendi avidorum ſapiet palato. *Hiſtoriæ Litterariæ* curioſus præterea in reliquis *Grotii*, *Lingelshemii*, *Cordeſii*, *Voſſii*, *Merſenni*, *Meurſii*, *Scriverii*, *Gruteri*, *Caſtricomii* cæterorumque *Inſignium Virorum* haud vulgaria reperiet.

Profiteri hic neceſſario habeo niſi ingratus ſim, me aliquot ad *Scriverium* Epiſtolas ab amico meo ſingulari, Humaniſſimo & Nobiliſſimo Viro Frederico Arnulpo Weſtphalen, earum rerum curioſo indagatore, accepiſſe.

Errata Typographica, ſi quæ irrepſerint, *Benevolus Lector* emendet rogo, cum correctioni aſſidue præeſſe aliis negotiis ſæpius occupato non licuerit.

Si hæc non diſplicuerint, alia hujus generis bellaria Tibi propediem apponemus. Tu interim Vale & Fave.

IN-

INDEX
AUTORUM.

Numerus Romanus indicat Decuriam, Barbaricus Prior Epiſtolam, Poſterior paginam.

A.

JO. ARCERIUS Theodoretus.
Petro *Scriverio*. Dec. II. Ep. 3. pag. 54
Sixtus ARCERIUS, Jo. Filius, Linguæ Græcæ in Franequerana Friſiorum Academia Profeſſor.
Petro *Scriverio*. D. II. Ep. VII. pag. 64

B.

Joannes BEVEROVICIUS, Medicus & Urbis Dordracenæ Senator.
Caſpari *Barlæo*. D. V. Ep. 2. 3. pag. 161. 163
Marcus Zuerius BOXHORNIUS, Eloquentiæ in Academia Lugduno-Batava Profeſſor.
Caſpari *Barlæo*. D. V. E. 5. p. 166.
Cornelius BOYUS J.C.
Caſpari *Barlæo*. D. V. E. 4. p. 164.
Arnoldus BUCHELLIUS J.C.
Petro *Scriverio*. D. IV. E. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 10. pag. 105. 109. 114. 119. 124. 127. 143. D. V. E. VI. p. 169.
Caſpari *Barlæo*. D. V. E. 6. pag. 169.

Pan.

C.

Pancratius CASTRICOMIUS, Urbis Groninganæ Syndicus.
Petro *Scriverio.* D. III. E. 1. 2. p. 77. 80
Joannes CORDESIUS, Canonicus Eccleſiæ Lemovicenſis & celeberrimæ *Cordeſianæ Bibliothecæ*, cujus *Catalogus* a *Gabr. Naudæo* confectus exſtat, olim poſſeſſor.
Hugoni *Grotio.* D. I. E. 7. 8. p. 24. 26

E.

Ubbo EMMIUS, Hiſtoriarum & Græcæ Linguæ in Academia Groningana Profeſſor.
Petro *Scriverio.* D. III. E. 5. 7. 9. 10. p. 88. 92. 96. 100.

G.

Hugo GROTIUS, Syndicus Roterodamenſis poſtea Reginæ & Regni Suecici ad Galliæ Regem Legatus.
Fratri ſuo D. I. E. 3. 4. p. 10. 12.
Cuſtodi ſigilli. D. I. E. 6. p. 17.
Janus GRUTERUS, in Heidelbergenſi Academia Hiſtoriarum Profeſſor, & Palatinæ Bibliothecæ Præfectus.
Petro *Scriverio.* D. II. E. 8. p. 67.

Jacobus

H.

Jacobus HOVIUS.
Petro *Scriverio.* D. III. E. 6. 8. p. 90. 94.
Conſtantinus HUGENIUS, Eques; Zuilichemii & Zeelhemii Toparcha; Principi Arauſionenſi a Conſiliis & Secretis.
Caſpari *Barlæo.* D. V. E. 1. p. 147.

I.

Gothofredus JUNGERMANNUS.
Petro *Scriverio.* D. II. E. 10. p. 72.

L.

Georgius Michael LINGELSHEMIUS, J.C. & Electoris Palatini Conſiliarius.
Hugoni *Grotio.* D. I. E. 1. 2. p. 1. 4.

M.

Benjamin Aubery du MAURIER, Regis Galliæ ad Belgii Fœderati Ordines Legatus.
Hugoni *Grotio.* D. I. E. 5. p. 14.
Marinus MERSENNUS, *Minimus.*
Hugoni *Grotio.* D. I. E. 10. p. 45.
Joan-

Joannes MEURSIUS, J.C. in Academia Lugduno-Batava Hiſtoriæ Græcæ, in Sorana poſtea Hiſtoriarum ac Politices Profeſſor.
Petro *Scriverio*. D. I. E. I. 2. 5. 6. p. 49. 52. 61. 62.

N.

Reinerus NEUHUSIUS, Gymnaſii Alcmar. Rector.
Caſpari *Barlæo*. D. V. E. 9. p. 176.

S.

Joannes SCOTOTARVATIUS, Eques; Cancellariæ Scoticæ Director.
Caſpari *Barlæo*. D. V. E. 8. p. 174.

Petrus SCRIVERIUS.
Arnoldo *Buchellio*. D. IV. E. 9. p. 57. D. IV. E. 9. p. 139.
Adriano vander *Burchio*. D. II. E. 4. p.
Joanni *Lydio*. D. III. E. 3. 4. p. 82. 85. D. IV. E. 4. p. III.
Joanni Iſacio *Pontano*. D. IV. I. E. I. p.

Guilielmus STAAKMANS, in Conventu Ord. Gener. Belg. è Friſia Delegatus.
Caſpari *Barlæo*. D. V. E. 7. p. 172.

Nico-

V.

Nicolaus VASSANIUS, Pithœanus.
Petro *Scriverio*, D. II. E. 9. p. 70.
Joachimus VICQUEFORTIUS, Eques; Haſ-
ſiæ Lantgravio a conſiliis.
Caſpari *Barlæo.* D. v. E. 10. p. 181.
Gerardus Joannes VOSSIUS, Eloquentiæ &
Hiſtoriarum Profeſſor.
Hugoni *Grotio.* D. I. E. 9. p. 42.

INSIGNIUM VIRORUM

EPISTOLARUM SELECTARUM,

hactenus ineditarum,

DECAS I.

EPISTOLA I.

Clariſſimo Viro,

HUGONI GROTIO,

Juriſconſulto & in ſuprema Curia Advocato, Domino & amico ſuo colendo,

S. P.

Hagam Comitis.

Opportune mihi miſſus libellus hic, quo fucus detegitur hominis, quem ego veneratus ſum ſemper & ſtudioſe colui. Ejus te participem facere volui, eaque ratione memoriam mei refricare. Gratum mihi præſtiteris officium, ſi quid de hoc

 ne-

negotio ſentias, non diſſimulabis. Averſatus ſum ſemper obtrectatores, & eos qui magnorum virorum famæ detrahunt : ſed hujus factum, quiſquis eſt, improbare non poſſum, cum publice interſit, juventutem moneri, ne auctoritate tanti viri fucum ſibi in re pietatis fieri ſinat, & ad devia deducatur. Aveo etiam cognoſcere, quando tuarum lucubrationum aliquid habituri ſimus; imprimis teneor incredibili deſiderio hiſtoriæ tuæ videndæ; de qua mihi ſpem feciſti; quæſo te, urge opus, nec patere te aliis negotiis avocari, non alia re nominis tui æternitati melius conſulueris & de ætate noſtra ac poſteritate melius merueris. Quoties autem de parallelis tuis cogito, indignor ſocordiæ meæ, qui non, cum frui iſtis deliciis datum eſt, mihi melius proſpexerim. Ad nuncium de Nobiliſſimi Douſæ [1] obitu ingemui, ejus viri expertus incredibilem humanitatem, & doctrinæ reconditæ theſauros: tibi amicum ademptum doleo, ſed hæc lex naturæ, cujus tu memor, urge cœpta, & de republica ac bonis litteris bene mereri perge. Thuanus

nobis

nobis promittit viginti præterea hiſtoriarum libros, quibus explicat quæcunque geſta ad annum ineuntem [2] LXXII. ac ſpem facit, ut ſub autumnum proximum edantur. Quam admiror hunc virum, nemini antiquorum poſthabendum! Neque minor mihi exſpectatio de te, quam, obſecro te, ne fruſtreris diutius. Ita valeas ac floreas, ad ſumma quæque natus. Vale delicium generis humani. Heidelbergæ. XII. Cal. April. ∞ IↃCV.

T.

omni ſtudio

GEORGIUS MICHAEL LINGELSHEMIUS.

1. Erat ille Janus Douſa Pater. Quem exſtinctum lugent Scaliger in Ep. XCVIII. Lib. I. Ed. 1627. Sammarthanus, in Ep. quadam Gallica, quæ eſt LXXVII. Libr. II., Vertunianus in Ep. XCVI. Libri III. Epiſtolar. Gallicar. ad Scaliger. ſcriptar. & Caſaubonus Ep. CCCLXXI. Ed. Græv. cujus verba hic adſcribere non pigebit: *De Nobiliſſimo Douſa*, inquit, *male narras, ergone vir præſtantiſſimus in vivis prius eſſe deſiit, quam ego præſens potui venerari? Amiſiſti ſcio antiquæ fidei amicum, eoque etiam nomine gravior mihi hic nuntius accidit; litteras vero vix reparabilem in ejus obitu jacturam feciſſe nemo dubitat: erat enim, ut accepimus, Academiæ Veſtræ fulcrum ac columen eximium.* Mortuus autem eſt anno 1604. die 8. Menſis Octobris, Orationem Funebrem in ejus obitum habuit P. Bertius. Vitam ejus & ſcriptorum ſeriem in Athenis Batavis Meurſius, Elogium vero in Hiſtoria ſua Thuanus litteris conſignavit.

 2. Præ-

2. Præterire non poſſum quin hic adſcribam, quæ P. Puteanus (du Puy) de his Thuani libris, in Ep. LXXXVI. libr. I. Epiſtolarum Gallicar. ad Scaligerum ſcribit; *l'Hiſtoire de Monſieur de Thou*, ait, *ne ſera pas ſi toſt achevée, le volume qu'il nous donne de Nouveau va juſques au temps de la St. Barthelemy exclud. Il a retranché tout le Concile de Trente, qui eſt fort grand dommage: il pourroit bien faire ſeul un juſte volume. Il dit là des veritez qui ne ſe peuvent endurer maintenant, principalement à Rome où ſon livre a failly d'eſtre cenſuré, n'euſt eſté quelques amis Cardinaux qu'il a eu. Mon frere qui eſt ſur le lieu a fort ſervy en cette affaire & luy eſcrit fort ſouvent. Le Cardinal Seraphin François a rompu le coup deux ou trois fois.* Et in Ep. LXXI. Libr. II. *La premiere partie de l'Hiſtoire de Monſieur de Thou a eu mille traverſes à Rome de s'eſchapper de la cenſure, mon frere y a ſervi Monſieur de Thou, comme ſon devoir l'y obligeoit.* Et paulo poſt: *Les Cardinaux Sforce & Seraphin ont auſſi fort defendu ce livre.*

EPISTOLA II.

Clariſſimo Viro,
DNO. HUGONI GROTIO,
Juriſconſulto & in ſuprema Curia Advocato, Domino ſuo colendo.

S. Hagam Comitis.

Non ego totus inflammer, ad faces quas ingeris amori meo in te, litteris Gratiarum plenis? Affectum meum verba non ſequuntur, nec vero ulla exprimant. Triumpho in hoc mutuo tuo amore, tantum no-

lim

lim te nimium tenuitatem meam extollere, quum nihil in me ſit prædicatione tua dignum; viciſſim tamen ſcio, quem ego amem, & admirer merito. Sed quæ hæc tua inſolita benignitas? qui etiam ferre potueris ſupinam negligentiam meam. Dicam quod res eſt, quum ſtupendum illud opus Scaligeri ad manus meas perveniſſet primum, ita avide oculos in omnes partes conjiciebam; ut neſcirem propemodum quomodo capere poſſem expetitum tamdiu theſaurum. Video ibi Baudium, Heinſium, miror Grotium meum non comparere, credo cohæſiſſe paginas illas adverſas in quibus tuum nomen erat, ut ſæpe fit libris necdum colligatis & recentibus è mercatorum ſarcinis. Transvolo ad alia, ut quidquid ſit, quod ex libro illo ſperare poſſim, primo intuitu cognoſcam; ſupervenit amicus & theſaurum illum mihi eripir. Poſt, necdum reddito mihi libro, ad te litterulas do, & exprobro, quod factum nolim. Litteris autem jam dimiſſis recipio librum, & mihi ipſi vix credo, & fœdum errorem agnoſco, neque tamen litteras revocare fas. Bonum factum,

quod tu tamen minime offenſus, etiam anſam arripuiſti bene mihi faciendi, & admirabilis carminis in argumento mihi jucundiſſimo gratiam feciſti. Ac ut ſcias operam te non perdidiſſe, Princeps meus Elector ſibi ſervandum & in Bibliotheca ſua privata collocandum ſumpſit; tum ob auctorem, cujus laudes ipſi decantatæ, tum ob affinem ſuum, cujus gloria, a vatum optimo, ibi prædicatur. Tibi gratiam habeo, & mitto viciſſim, quod ejuſdem argumenti, non fili, Lutetia ad me miſſum, ſi forte necdum ad vos perlatum. Maximo etiam gaudio fuit, intelligere te in Hiſtoria ſcribenda pergere, ad quam tu unus omnium, cum Thuano, inſtructiſſimus accedis. O ſi prodeat alterum opus tuum, quod jam abſolutum dicis! diu eſt, quod ego, amicique id impatienter exſpectamus. Audio Romæ editum a Scioppio neſcio [1] quid in divinum Scaligerum, quamvis Seraphinus Cardinalis multum rogaſſet, ut premeretur infame ſcriptum. eadem canicula Caſaubonum [2] allatrat. In Thuanum [3] quoque auſus fuerat, ſed auctoritate Perronii Cardinalis id ſuppreſſum.
Qui

Qui poteſt nebulo ille evidentius oſtendere, ſe virtuti bellum indixiſſe, quum in lumina illa cœleſtia blaſphemus eſt? ſed quis vetet canes, & Lunam allatrare? munda tantum quærunt canes iſti, quæ inquinent. Sed quam æternis ſtigmatibus inurit θαυμάσιος ille heros alaſtoras illos, & peſtes litterarum? Indignor apud nos quoque reperiri, qui malint æmulari improbos, quam agnoſcere merita; ſed bene eſt, quod vix unus & alter. Cæteri boni doctique nobiſcum optime de litteris meritum virum piis & fauſtis votis proſequuntur, & gratias immortales agunt, pro tot præclaris ac reconditis inventis, quæ miraculum illud naturæ, tam larga manu pandit & ſpargit. Ei per occaſionem ſalutem obſequioſam a me dicito: niſi argumento aliquo dato, non audeo inanibus tanti viri cogitationes interrumpere. Tu vive, valeque & nos amare perge, pectus candidiſſimum, cariſſimumque. Gruterus plurimam ſalutem tibi dicit. credo jam Tacitum ejus ad te perveniſſe; indignor non characterum quoque mundiciem utili labori acceſſiſſe. Sal-

ve iterum, vir clariſſime. Heidelberga 18. Dec. 1606.

T

omni ſtudio & officio

GEORG. MICHAEL LINGELSHEMIUS.

1. Reſpicit hic Lingelshemius procul dubio Fabulam Burdonianam, cujus Confutationem adjuncta Satyra Hercules Tuam Fidem &c. edidit Scaliger, qui, quamvis ſub litteris J. R. quaſi fuiſſet Jani Rutgerſii, latere voluiſſe videatur, ipſe tamen ejus, uti & Heinſius Satyræ iſtius, auctor fuit. Quod liquido, ex iis quæ ipſe Scaliger in quadam Epiſtola, quæ inter ejus Epiſtolas cccxvii. legitur, ad eundem nunc Lingelshemium V. Eid. Quintiles Juliani cIↃIↃcviii. ſcripta patet; *totum*, inquit, *me a melioribus ſtudiis ad ignobiliorem commentationem abripuit Confutationis Burdonianæ Fabulæ meditatio. Quamvis enim graviſſimos homines auctores habeam, ut duobus laboribus parcerem; tanti mendacii confutandi, cui nemo probus fidem habet, & illi tenebrioni reſpondendi, cui pro reſponſione reſtis debetur; tamen amici partim precibus, partim rationibus noſtrum labefactarunt propoſitum. Quum horum preces declinare non poſſem, illorum vero auctoritate moverer, utriſque ſatisfeci, ut, & quod iſti volebant reſponderim; &, quod illi nolebant, NON MEO SED ALIENO NOMINE ID FECERIM.* Et paulo poſt, ſic pergit; *Hujus* (Burdoniani ſc. commenti) *confutatio, una cum Heinſiana Satyra, multis partibus & auctiore & feſtiviore, quam prior eſt, excuditur, ut volumen juſtum complere poſſit. Fabulæ iſtius non auctoribus ſolum ſed & plauſoribus per nos rumpi licet: niſi potius ſuſpendium cogitent. &c.* De hoc Scioppii Libro in Ep. Gallica quæ xci. eſt, in libro ſæpius citato & cui Titulus: *Epitres Francoiſes des Perſonnages Illuſtres a Monſr. Joſeph Juſte de la Scala, miſes en lumiere par Jaques Revius. A Harderwyk l'an* 1624. *in* 8vo. hæc ſcribit Thuanus: *Mais que dirons nous de ce maraut de Scioppius, que Monſr. Heinſius a ſi bien decrit ſans le nommer? c'eſt aſ-*

ſez

ſez & trop pour tel clabaud maſtin. Il eſt indigne de la chole-re des gens de bien, & de la voſtre principalement. . . . . . J'ay ſur ce ſubject fait de meſchants vers, que je vous envoye pour les mettre ſi toſt que les aurez leus au feu. &c.

2. De eo ſic Scaliger in Ep. CXXI. ad Caſaubonum: *Vidiſti in Catalogo nundinarum Dæmoniaci Schioppii fœtum de Burdonio? Loiolitæ ſunt hujus Dramatis poëtæ, ille hiſtrio, Sed, ſi neſcis, ille Grammatiſta vapulans, alterum carcinoma ejus, is Tu es. Valentiſſimus mirmillo non ſatis habet cum uno componi, te ſecutorem mihi facit. &c.* Caſaubonus vero in Ep. CCCCXLIV. ad Scaligerum ita ſcribit: *Scioppii* τὸ παραφρόνημα *in tuum illuſtre nomen ex catalogo cognovimus, neque adhuc editum putamus.* Et paulo poſt: *Nos quoque primam faciem typis editam accepimus libri, quem idem ille* μιαρὸς *in nos evomuit: qui duram profecto ſuſcepit provinciam, ut nos Thraſones probet atque Atheos. Enimvero ſi athei eſſemus, Romæ eſſemus, quo magnis conditionibus ante hos ſeptem annos* ὑπὸ τῶν κρατούντων *fuimus invitati. Demiror quibus machinis ſit probaturus ſuſpicionem* ἀθεότητος *in me competere; mihi facillimum erit palam facere ipſum &* πολύθεον *&* ἄθεον *eſſe. Itaque librum illum exſpecto, incredibili quadam cum cupiditate.* Sæpiſſime in reliquis ſuis Epiſtolis, hujus rei mentionem facit, præſertim in 453, 455, 458, & 459. attamen neſcio an liber ille, cujus hic meminit Caſaubonus, unquam prodierit, cum anno CIↃ IↃC VII. 3. Non. Maii ad Scaligerum ſcribat: *Demiror quid cauſſæ ſit, cur nomini meo parcere velle ſimulet ſceleſtus hypocrita: nam adhuc liber in me ſcriptus ſupprimitur, cujus primum folium Moguntiæ editum vidi ante annum.*

3. Hujus etiam meminit P. Puteanus (du Puy) in Ep. quadam Gallica, quæ inter Gallicas Scaligeri II. Libri, eſt LXXI. II. Jan. 1607. data: *Monſieur le Cardinal du Perron, avec lequel Mon Frere eſt maintenant, a monſtré combien il eſtoit amy de Monſr. de Thou, qu'il l'affectionnoit grandement, ayant commandé à Schoppius de ſe taire, voulant au livre qu'il a faict contre vous, eſcrire contre le dict Seigneur Preſident; ſur ce qu'il loue en ſon hiſtoire pluſieurs grands Perſonnages, comme Ph. Melanchthon, Monſieur Caſaubon & autres, meſmes y mettre l'Epigramme que vous lui aviez dreſſé, vous excuſant de ne vouloir donner au public vos Notes in Novum Teſtamentum.*

EPISTOLA III.[1]

MI FRATER.

Maluiſſem coram tibi gratias agere, pro ea quæ nunquam te deſerit mei cura: ſed cum id hactenus non licuerit, miſi has litteras, quæ non apud te tantum, ſed & apud omnes neceſſarios noſtros & ſalutationis & gratiarum officio fungerentur. Ne autem neſcius ſis quomodo hanc ſoler ſolitudinem, partem exacti temporis impendi repetendo juris præſertim patrii ſtudio: partem vertendis omnibus Gnomis Græcorum Poëtarum, quæ ſunt apud Stobæum. Id opus abſolvi: ſed priuſquam deſcribam, tuo amicorumque conſilio opus habeo. Scire enim velim ſatiusne ſit retinere ordinem Stobæi, qui Gnomas in Titulos digeſſit, an cuique Poëtæ ſua reddere. Dubito etiam an quæ extra Stobæum ſunt Æſchyli, Sophoclis & Euripidis ſententiæ, eas quoque vertere operæ pretium ſit. Sed nihil me valdius delectat, quam ſacros ſcriptores, & eorum antiquiſſimos fidiſſimoſque Inter-

ter-

terpretes evolvere. Verſor nunc in Matthæi Euangelio, ſpecilegium quoddam faciens poſt uberrimam aliorum meſſem. Video ex Hebraiſmo & Syriaſmo multa poſſe rectius, quam antehac, exponi. Memini interdum his de rebus agere cum D. Borelio, qui habebat obſervationes Brouchtoni & aliorum non contemnendas. Si iis carere ad tempus aliquod poſſet, multum illi deberem eo nomine. Sed nolo moleſtus ipſi eſſe. Utinam meum hoc otium tibi aliiſque amicis noſtris poſſet eſſe uſui! Cogitate ecquid ſit, in quo veſtris aut ſtudiis aut commodis poſſim inſervire. Deus O.M. matrem, fratres, ſorores, eorumque liberos & quicunque præterea nos ullo vinculo attingunt habeat quam commendatiſſimos. Scribebam Lupiſteini. 11. Feb. CIƆIƆCXX.

Tui amantiſſimus tuo merito

H. Grotius.

1. Hæc Epiſtola inter 125. & 126. Part. 1. Epiſtolarum Grotii inſerenda fuiſſet, non tantum ratione temporis, ſed & materiæ affinitate, cum Ep. 125. Gerardo Voſſio inſcripta, ejuſdem ſit argumenti.

EPISTOLA IV.[1]

Mi Frater, & tibi & amicis cæteris, pro tanta rerum mearum cura, non poſſum non ſummas agere gratias; referat Deus, qui nobis tanto eſt propior, quanto nos plura a rebus humanis adverſa obſident. Quæ ſcribis ſpem ut incertam, ita non ſpernendam, præbent. Dura eſt corporis captivitas, animi durior. Neque mihi placet Monachorum mos pollicentium quod præſtare nequeunt. Quare promiſſa conſcientiam illaqueantia, ſemper ad calumniam patentia, repudianda nobis ſunt. Ulciſci ut me velim neque religio mea fert, neque amor quo patriam proſequor. A republica, etiamſi libertas detur, abſtinendum cenſeo. Privatus ut me publicis negotiis immiſceam, nunquam ſum commiſſurus. Tantum ſtudiis meis locum commodiorem, valetudiniſque & ſolitudinis levamenta quæro. Si Deus det, habebo gratiam. Sin minus, orabo det parem oneri animum. Tuæ res, ut tempora video, voti magis ſunt quam ſpei.

Sunt

Sunt & quos repulſa ornat, neque poteſt grave eſſe eo carere, quod magnum bonum non exiſtimes. Cæterum quod hinc ſcribatur nihil eſt. Ego in Novi Teſtamenti lectione diligens ſum, qua in re amicum veterem & fidum oro mihi ſit adjumento. Ego vos omnes, quibus nunc inſervire aliter non poſſum, precibus Deo commendare non deſino: quod velim ſignifices optimæ matri, fratribus, ſororibus & quicunque nos amare non deſinunt. x. Maji cIↃ IↃ cxx.

Tuus Totus

H. Grotius.

Retulit uxor D. Arſenium dixiſſe habere ſe ſenas litteras meas ad Langeracenſem, quæ ad ipſius pertineant injuriam. Ego ſicut conſilia mea ab ipſius conſiliis diſcrepaſſe agnoſco: ita ſcriptum, quo privatim læderetur, non memini. Nec puto in meis litteris ipſius fieri mentionem, niſi aliquid fuerit in literis D. Langeracenſis, cui obiter reſpondeam: quanquam ne id quidem ſuccurrit. Scio ea ſcripſiſſe me,

de

de Patriæ & Eccleſiæ rebus, quorum me ne nunc quidem pœnitere debeat: ita ut exhiberi literas DD. Ordinibus, aut Principi, non ſim deprecaturus. Quod ſi quis ſit, qui docere me poſſit ſeſe à me ulla affectum injuria, paratus ſum implere Chriſtiani hominis officium. Magno velim aut a te, aut ab affini noſtro, inſpectas eſſe epiſtolas. Nam ad ignota crimina, nihil ultra habeo quod reſpondeam.

1. Hæc Epiſtola inter 127. & 128. p. 1. Epiſtolarum Grotii deſideratur.

EPISTOLA V.[1]

A MONSIEUR GROTIUS.

MONSIEUR. A Paris.

Je ſuis contraint de ſatisfaire par cette ſeule aux deux voſtres du 4. & 13. du preſent, c'eſt à dire de payer une double debte en monoye courte & legere. Je louë Dieu qu'il vous ait rendu Monſieur de Boiſſize ſain & ſauf, & le prie tres-ardemment pour ſa conſervation; meſmes que pour le bien du Royaume il fuſt appellé à la

à la charge que vous me diſtes vacante, laquelle infailliblement ne ſçauroit eſtre mieux remplie. Pour les miſeres publiques, je les voi prendre un long cours, à mon tres-grand regret; & n'apprens pas encor que l'obſtination, qui les a fait naiſtre, ſoit aſſez mortifiée. Nous avons eu icy des deputez de la Rochelle, que l'on m'a dit n'avoir rien reporté à leurs commettans, dont il ſe puiſſent endurcir, ny glorifier. Cet homme [2] de bien, *qui veut perſuader en France eſtre converty à mieux faire qu'auparavant, ne l'a pas monſtré en cette occaſion; Mais vous ſçavez ſa couſtume d'avoir* aliud promptum in ore, aliud clauſum in pectore. *Enfin je croy que le ſinge ſera touſiours ſinge, & ne le diſſimule pas où je doy, ſouhaittant que l'on ſe garde d'eſtre encores trompé, apres l'avoir eſté tant de fois. Au ſurplus vous ſçaurez que Monſieur le Prince d'Orange partit hyer, pour s'aller mettre en campagne vers la Frontiere de Gueldres, où le Marquis Spinola tourne viſage avec de grandes forces; celles d'icy ſeront de vingt mil hommes. On croit qu'il en veut à Juliers, mais on n'y voit pas encor aſſez*

aſſez clair. Monſieur le Prince Henry partit deux jours avant luy, pour aller préparer les choſes. Quant à celuy que vous avez laiſſé en peine; *l'office que j'ay fait pour luy a eſté par occaſion, parlant à quelqu'un qui croit pouvoir, mais je n'ay point encor apperçeu quelle operation cela aura fait : je ne luy defaudray pas, à toutes autres occurrences. Mais il faudra qu'il ſe face de grandes mutations, en beaucoup de cœurs, pour voir de l'amendement à cela, comme vous pouvez ſçavoir d'ailleurs. J'eſpere que maintenant Mr. Tilenus vous aura dit à quoy j'ay pourveu, pour un de ſes plus intimes amy & le mien; me promettant que le tout ſurgira à bon port à ſon contentement; & que bien toſt voſtre exil ſera conſolé, par la preſence de celle de qui Dieu s'eſt ſervy pour luy donner commencement, & fin à voſtre dure captivité. Je luy ay offert & aux voſtres tout ſervice; à quoy je ne defaudray en aucun temps. J'ay fait voſtre poëme à Mr. de Thou beaucoup plus long que vous, à force de le lire. C'eſt un tableau qui ſurpaſſe tous ceux de Michel Ange & de Rubens, où ce jeune* *Sei-*

Seigneur verra quel a eſté ſon prédeceſſeur & quel il doit eſtre. M. de Boiſſize me témoigne ſon affection envers vous, & moy à luy que je charge cette obligation ſur moy, qui ſeray toute ma vie

Voſtre bien humble & trés affectionné Serviteur

De la Haye ce 24. d'Aouſt 1621.

DU MAURIER.

1 Hac Epiſtola reſpondet Maurerius Epiſtolæ 155. & 156. Grotius autem ad hanc Maurerio reponit Ep. 160. Part. 1.
2 Aerſſen.

EPISTOLA VI. [1]

Exemplum Litterarum, ſcriptarum ad Cuſtodem [2] *Sigilli, miſſum Medioburgum ad fratrem* NICOLAUM REIGERSBERGIUM, *J. U. D.*

VIR ILLUSTRISSIME.

Verum eſſe comperio dictum illud, cujus utinam exemplis non accederem, nulla eſſe odia infeſtiora, quam eorum qui ſine

 cauſa

cauſa oderunt. Tam diu eſt, quod mea patientia cum inimicorum injuriis certat. Tempus erat, ut paterentur coaleſcere inflictum innocentiæ meæ vulnus. Audio accuſari me conſuetudinis cum Legato 3 Hiſpano. Qui me norunt; ſciunt quam ingenium meum ab omni mendacio abhorreat. Paratus autem ſum non dicere tantum, ſed, ſi opus ſit, jurare legatum Hiſpanicum nec notum mihi, nec quod ſciam viſum. Etiam qui a Bruxella hic legatus eſt, cum me ad amicitiam ſuam invitaſſet, nihil accepit præter excuſationem. Cum hoc quoque collocutus ſum nunquam. Nec ab ea parte tota ullum unquam, qualiſcunque tandem generis, beneficium accepi, niſi quod me divino beneficio liberatum è carcere, in quem me ſpretis proculcatiſque legibus, & omni jure, inimica factio compegerat, Antverpia excepit: ſed ita ut me intra paſtoris ob ſententiæ noſtræ profeſſionem exſulantis (induciæ tum adhuc erant) domum continuerim: ubi, cum me ſalutatum veniſſent & Conſul Urbis & Syndicus, cum ædes ſuas offerentes, tum rogantes ut ſecum

Archi-

Archiducem accederem, rejeci utrumque: &, Janino hortante, cujus litteras penes me habeo, veni in Galliam. Subortum eo tempore eſt bellum in eos qui obſequium exuerant, & Regem in obſidionem Angeriaci tulit. Ibi, præſente Boſſiſio, qui me in patria amice complexus fuerat, decretum mihi eſt congiarium. De qua liberalitate cum gratias agerem, Vairius eam dignitatem obtinens, quam tu nunc ornas, temporum infelicitatem, tanta ejus comitas erat, mihi excuſavit. Horum quoque virorum litteras ſervo, ut quorum virtutes ſuſpicio eorum mihi amicitia apud poſteros patrocinetur. Simulatque in Galliam veneram, in animo habui Legatum Patriæ noſtræ & videre, & ſi qua poſſem labores ejus bono publico ſublevare. At qui nunc, non dicam quo jure, quibus artibus, ſed tamen Rempublicam apud nos tenent, interdixerunt ei, ne me ad conſpectum ſuum admitteret. Cum fruſtra diu exſpectaſſem an horum malorum auctores aliqua ſubire poſſet tantæ injuriæ pœnitentia, tandem famæ, quæ poſt conſcientiam maximo mihi in loco eſt, cura

expreſſit, ut edito Apologetico inuſtas mihi notas abſtergerem. Feci modeſte, & juxta eum modum quem rei neceſſitas exigebat. Sequitur ſtatim Sullanæ atrocitatis ſtylus. Nam iidem illi homines, quam ad facienda quæ vellent feroces, tam impatientes quæ fecerant audire, me agentem hic ſub veſtro imperio, ſub veſtris legibus, colentem optimorum virorum amicitias, patriæ commoda 4 juvantem qua poteram, ad omnium vim non jam inimicè, ſed hoſtiliter exponunt. Hanc ſævitiam, quæ mihi forte periculum adferebat, famæ certe labem nullam, ſilentio amovi: magnumque ejus ſolatium habui, quod Rex optimus me ſuæ tutelæ eſſe voluit. Sciunt omnes, qui me ad ullam notitiæ ſuæ partem admiſerunt, quanta, prope dixerim, pertinacia inſtiterim veteribus meis conſiliis, ut Regi Patriæ noſtræ ſalutem, Patriæ Regis reverentiam commendarem. Nunc quoque ſi quid apud te poſſunt preces hominis, nulla ſua culpa infelicis, & cui præter divinæ veritatis, ejus præſertim quæ ad excitandam & fovendam pietatem facit, legum publicarum
&

& Gallici Fœderis ſtudium, atque id ipſum ſine ullo meo commodo, ne ab inimicis quidem quicquam antehac objectum eſt, valent. Oro te atque obſecro ut quantum potes patriam noſtram laborantem ſuſtentes & ſalvum præſtes, quodcunque ei reſtat libertatis. Poſtulat hoc a me amor Patriæ cui mala mea non imputo; & Regis cui nunc bona plurima debeo. Et Regis quidem in me benevolentiam ut retineam facile me conſecuturum confido, te adjutore. Neque enim, ut ſpero, grave tibi erit in me defendendo eos ſequi quorum virtutem aut imitaris, aut vincis. A noſtris nihil exigo, niſi ut me patria, honoribus, bonis, parentum & cognatorum conſpectu exutum, quieſcere patiantur, & ne veris ſuis criminibns diluendis mihi falſa affingant. Hoc ſi pateris, addam, non deeſſe Principes qui mihi honeſtum apud ſe perfugium oſtendant. Sed conſtitutum mihi, quod florens feci, nunc quoque in hac fortuna demonſtrare, nullam mihi poſt patriam terrarum partem Gallia eſſe potiorem. Cui quantum bene volo, tantum

obligatum me ſentio Deum precari, ut te, Vir Illuſtriſſime, ſoſpitem, ſanum, felicem præſtet. Lutetiæ XXV. Aprilis CIƆ DC XXIV.

Tuæ illuſtriſſimæ dignitati addictiſſimus

H. GROTIUS.

1 Hæ Litteræ inſeri debuiſſent inter Grotii Epiſtolarum 204^{tam} & 205^{tam} Primæ Partis.

2 Difficile ſane fuit inquirere, quiſnam ille Cuſtos Sigilli ſit, cui hæ Litteræ inſcriptæ fuere, cum huic exemplo ad fratrem miſſo, licet ipſius Grotii manu ſcripto, Cuſtodis Sigilli nomen adjectum non ſit; ex ipſis vero litteris conſtet aliquem fuiſſe, qui poſt Vairium inſignem illam dignitatem obtinuit, quod proximum Vairii in illo munere ſucceſſorem innuere videtur; quæ res tamen non ita ſe habet, cum tunc Merico Vico, aut Ludovico Caumartino, quibus poſt Vairium 3. die Menſis Aug. 1621, teſte Gaſſendo in Vita Peireskii, mortuum, Sigilla commiſſa fuere, inſcribi debuiſſent; at his refragantur quæ ipſe Grotius 12. Januarii, anni hujus 1624. Ep. 61. P. II. ad Guilielmum Fratrem ſcribit: *Hic interim data ſunt ſigilla Aligrio, quem virum egregium & bonarum partium omnes prædicant.* Ut & Epiſtola 62. Ad Patrem & Fratrem 21. Jan. ejuſdem anni data: *Cuſtodem ſigillorum nunc factum Aligrium conveniam, ubi à primis ſalutantium undis liberas ædes habere cœperit.* Sic & in Ep. 63. ad Patrem 26. Ejuſdem Menſis: *Ex quo poſtremo ad te ſcripſi, vidi novum ſigilli cuſtodem futurum Cancellarium, ſi ei qui nunc eſt ſupervivat.* Item in Ep. 64. ad Eundem 2. Februari anni 1624. ſcripta: *Cuſtos ſigillorum Aligrius amans litterarum magno me honore afficit & ſpondet curam mei peculiarem.* Ex his igitur manifeſto patere puto Aligrium fuiſſe illum Sigilli Cuſtodem ad quem hæ litteræ datæ ſunt, in qua opinione me magis confirmant hæc Moreri in Dictionario verba, *Etienne Aligre Chancelier de France, Sieur de la Riviere & Chouviliers, s'éleva par ſon mérite dans la premiére*

charge

charge de la robe. Il étoit originaire de Chartres, & fut premiérement Conſeiller au Grand Conſeil, Intendant de la Maiſon de Charles de Bourbon, Comte de Soiſſons, qui le nomma Tuteur honoraire de Louis ſon fils; enſuite il eut une Charge de Conſeiller d'Etat, & fut fait Garde des Seaux le ſixieme Janvier 1624. *Louis* XIII. *très-ſatisfait de ſa conduite le nomma Chancelier de France, apres la mort de M. de Silleri, au mois d'Octobre de la même année; & deux ans aprés ayant quitté les Seaux, il ſe retira à ſa maiſon de la Riviere au Perche, où il mourut l'onziéme Decembre* 1635.

3 De eadem hac re & Epiſtola ad Maurerium in Ep. 205. die 29. April. ejusdem huius anni 1624. & ita 4. a data hac Epiſtola die, ſic ſcribit: *Optare hoc debeo patriæ cauſa, non ipſorum, qui id à me non merentur: ſi modo verum eſt, quod modo amicus mihi nunciat, eorum opera ad Regem perlatum, me commercia habere cum Hiſpanienſibus Legatis. Neſcio an tam malignum mendacium dilui debeat. Scripſi tamen ad Cuſtodem Sigillorum. Cæterum ubicunque tu es, ibi ſcio me patrono non indigere. Ego Hiſpano, teſtis eſt Deus, nec debeo quicquam, nec cupio debere. Legatorum ejus vidi neminem. Patriæ tam bene volo, quam quiſquam; nec alios puto ei inimiciores, quam qui eam à Regis amicitia hactenus averterunt.* &c.

4 Forte huc, ut ea quæ ſupra ex Maurerii Epiſtola attulimus, quoque ſpectant, quæ Auctor ejus vitæ operibus Theologicis præfixæ narrat, *Lutetiam*, inquit, *ſe recepit, ubi per abſentiam Regis ab ipſius Miniſtris, poſtea & à Rege ipſo benigniſſime exceptus, & annuo donativo honeſtatus, ſedem quieti & ſtudiis ſuis poſuit, ſemper intentus Patriæ & Popularibus ſuis, ubi quid negotii illis apud Aulam eam eſſet, conſilio, opera, & qua pollebat apud nonnullos Miniſtros regios gratia inſervire ac prodeſſe; quamvis non ignoraret, eos, qui ibi res Fœderatorum curabant, nihil intentatum relinquere, quo Regis animum ipſi infeſtum redderent. Sed fruſtra laborabant apud Principem nihil ignorantem eorum, quæ annis* cIↄ Iↄc XVIII & cIↄ Iↄc XIX. *in Hollandia acta erant: quin dixiſſe non ſemel fertur, mirari ſe virtutem hominis, qui tam malè in patria habitus, non deſineret tamen ei, ſubditiſque ejus bene velle, imo quocunque etiam poſſet modo benefacere.*

EPISTOLA VII.

A MONSIEUR GROTIUS.

MONSIEUR.

Il y a desja quelque temps, que je donnay à Monſieur Dor un pacquet pour le vous envoyer, dans lequel vous aurez trouvé avec ma lettre les feuilles, que vous deſirez pour Monſieur Lindenbrug; & par le meſme moyen je donnay au Sr. Dor une lettre pour Monſieur Voſſius, dans laquelle je luy eſcrivois comme j'avois reçeu les Epiſtres contre Gotheſchalcus. Depuis Monſieur Marbaud ma rendu voſtre derniere Letre du 11. *Septembre*[1] *dernier, que je fis voir à vos amis qui y ſont nommez, qui vous remercient tous de la ſouvenance que vous avez d'eux. Monſieur Saumaiſe eſtoit déja parti pour s'en aller en Hollande, par la voye de Calais, où il ſe devoit embarquer dans un vaiſſeau de guerre; nous n'avons pas encore avis qu'il y ſoit arrivé. Ce que je vous avois eſcrit, par ma derniere lettre, du fils de Monſieur*

ſieur

ſieur des Hayes, ſur le bruit qui en couroit alors, n'eſtoit encore arrivé, mais cela s'eſt executé depuis à Beſiers le Roy y eſtant, par le jugement de ſept Maiſtres des Requeſtes, aprés qu'il euſt eſté ouy par Monſieur le Garde des ſeaux, Monſieur Boutillier le Pere eſcrivant ſes reſponſes. J'ay veu depuis le Sr. des Hayes, qui en eſt grandement affligé & non ſans raiſon, cela eſtant ſi ſenſible. Et hier aprés diſner arriva l'avis de la décapitation qui a eſté faite dans Tholoſe le 30 de ce mois, du Duc de Montmorency, ſuivant l'Arreſt de la Cour. Monſieur Frere du Roy eſt maintenant à Tours, ou à Champigny, & le Roy eſt par les chemins pour s'en revenir icy, où l'on tient qu'il ſera devant la fin de ce mois. Pour ce qui eſt de voſtre affaire, Monſieur de Seve m'a eſcrit de Lion la lettre que je vous envoye, laquelle ayant fait voir à Monſieur le Preſident Luſſon, pour ſçavoir de luy ce que j'aurois à y reſpondre, il m'envoya le Billet cy inclus, ſuivant lequel j'ay eſcrit aux Sr. Seve, de faire au mieux qu'il pourra & de quiter juſques au tiers, ſi l'on ne pouvoit mieux faire. De ce que j'apprendray

vous en aurez avis, & n'ayant autre choſe à vous dire je finiray, aprés vous avoir humblement ſalué, avec Madamoiſelle voſtre chere moitié, me diſant toûjours

Monſieur

Voſtre trés-humble Serviteur

De Paris ce 5. Novemb. 1632.

JEH. DE CORDES.

Je vis hier au ſoir tout tard Monſieur Bignon, qui ſe porte fort bien graces à Dieu, il a eu depuis peu un fils & vous baiſe les mains.

1 Eſt hæc inter Grotii Epiſtolas 306. p. 1.

EPISTOLA VIII.

A MONSIEUR GROTIUS.

MONSIEUR. De Paris.

Je ne reçois jamais de vos lettres, que jen'en tire beaucoup de bonnes inſtructions; ce que j'ay particulierement experimenté en la voſtre

voſtre derniere, qu'il vous a pleu m'eſcrire le 19 [1] *du mois paſſé, où j'ay trouvé voſtre jugement de ce meſchant Colloque de* [2] *Bodin, auquel j'ay pris grand plaiſir. Et puis que vous m'eſcrivez n'y trouver aucune choſe, qui puiſſe groſſir voſtre livre* De veritate Religionis Chriſtianæ, *il ſera à propos que vous le rendiez à Monſieur Cramoiſi, pour le renvoyer avec ſes livres, pourveu que vous n'en ayez pas beſoin davantage; car en ce cas, vous le pouvez garder, de ſorte que vous le renvoyerez, ou le garderez ainſi que verrez pour le mieux; & comme ce livre peut nuire grandement d'un coſté, auſſi peut il ſervir en quelque façon, pour les queſtions naturelles qu'il traicte. Pour voſtre ſuſdit livre, nous en avons veu depuis peu une troiſiéme édition, d'une plus groſſe lettre que les premieres, que le fils de Jean le Maire a apportée en cette ville, lequel m'ayant dit que vous y aviez adjouſté quelque choſe, j'en ay pris un, & m'eſtant venu voir le Sr. le Maire, je luy ay dit comme j'avois receu de vos lettres de Francfort, où vous eſtes avec voſtre famille en bonne ſanté, & ſur ce qu'il m'a dit que le bon Monſieur Voſ-*

ſius

ſius avoit perdu ſon fils, qui nous avoit donné en Latin l'hiſtoire de Reydanus 3, j'ay pris part à l'affliction qu'il en a eu & vous auſſi. Je viendray maintenant à vous reſpondre ſur ce que vous m'avez eſcrit, pour replique à la même precedente ; à ſçavoir, que l'onction appartenoit au Bapteſme & non à l'Impoſition des mains, de meſme que le gouſt du laict & du miel ; ſur quoy je vous diray que ſi quelques uns l'ont ainſi penſé, cela eſt venu de ce qu'aux premiers temps tout auſſi toſt aprés le bapteſme l'on chresmoit, & communioit les neophytes ; & pour le laict & le miel, on ne les donnoit qu'aprés l'Euchariſtie ; comme on peut voir dans les anciens rituels & par ceux qui en ont eſcrit ex profeſſo ; & excuſez moy ſi je vous dis que le gouſt du laict & du miel n'a eſté en pareille obſervance que le Chresme, & de fait l'un a ceſſé, & l'autre eſt demeuré. Pour le reſte de voſtre lettre, j'en demeure d'accord avec vous ; auſſi deſirerois-je que ceux qui traitent les controverſes y vouluſſent apporter cette moderation que j'apperçois en voſtre procedé, & tout en iroit bien mieux ; puis que tant d'un coſté, que d'autre, l'on ne doit

avoir

avoir d'autre but, ſinon que la verité vainque, & non aucun parti, ayant toûjours fait eſtat de fuir ce ſtudium vincendi, *duquel parle Sulpice Severe, en le blaſmant en la perſonne de ces Eveſques Eſpagnols, qui procurerent la mort de l'heretique Priſcillian & de ſes fauteurs; auquel temps j'ay bien peur que nous ne ſoyons retombez. Je quitteray ce diſcours, pour vous faire part de nos bonnes nouvelles, dont Monſieur du Puy (qu'on appelle maintenant Monſieur de Sainct Sauveur, à cauſe du Prieuré que Monſieur de Thou luy a donné) vous en eſcrivit hier le premier bruit qui venoit d'arriver; & à preſent je les vous confirme, vous diſant que Monſieur, frere du Roy, a couché cette nuict vers Soiſſons; le Roy luy a envoyé des Carroſſes, & à ce qu'on me vient de dire, Sa Majeſté luy eſt allé au rencontre. On dit qu'il s'eſt ſauvé, ſous couleur d'aller à la chaſſe du rénard un matin, avec vingt cinq des ſiens, dont il n'y avoit que quatre, qui ſceuſſent ſon deſſein; & comme il fut en la campagne, il leur dit qu'il falloit aller chaſſer plus loin, & ainſi il s'eſt échapé des Eſpagnols. Dequoy la France a grand ſujet de ſe*

rejouïr.

rejouir. Pour les livres, Monſieur Petit de Niſmes eſt icy, qui fait imprimer ſes Loix Attiques; eſtant fait, il ne manquera de vous en faire part. Je feray tenir voſtre lettre à Monſieur Bergeron, qui eſt à Blerencourt pour paſſer ſes vacations; & ne me trouvant autre choſe à vous dire, je vous ſalueray, avec Madame voſtre femme & toute voſtre maiſon, priant Dieu de vous garder de tout mal & vous donner tout le bien que vous peut ſouhaitter,

MONSIEUR,

Voſtre trés-humble & trés-affe-
ctionné Serviteur

De Paris ce 11.
October 1634.

JEH. DE CORDES.

Monſieur Bignon ne vous a peu eſcrire de ce voyage, ce ſera pour le premier, & quand vous eſcrirez à Monſieur de Sainct Sauveur, mettés en la maiſon de Monſieur de Thou, rue des Poictevins, derriere Sainct André des arcs. Monſieur le Preſident Luſſon ſe porte fort bien. Monſieur des Hayes auſſi, qui eſt à Montargis pour ſes vendanges.

1 Exſtat illa inter Grotii Epiſtolas 353. Part. I. ad hanc vero reſpondet Grotius Ep. 357. Ejuſd. Part.

2 Haud ingratum fore puto, ſi quæ de his Dialogis Morhofius Polyhiſtor. Litterarii libr. I. cap. VIII. habet, adjecero; *Bodinus*, inquit, *librum ſcripſit de Sublimibus & Admirandis rerum Arcanis. Ille in ipſa olim Gallia rarus, nunc tamen etiam in Germania in quorundam Bibliothecis latitat. Levis ejus libri hactenus fuit notitia & ſubobſcura. In Grotii & Sarravii Epiſtolis paſſim ejus mentio fit. Illius exſtat de eo judicium, in Epiſtola ad Gallos 146. & in altera 170. Hic omnem lapidem movit, ut, ſollicitante* Iſaaco Voſſio, *pro* Regina Chriſtina *exemplar aliquod obtineret. Legi loca illa in Epiſtolis ejus poſſunt, pag.* 322. 325. 326. 335. 350. *Nunc vero pleniorem ejus libri notitiam orbi erudito ſuppeditavit Vir reverenda dignitate & varia eruditione conſpicuus,* Joannes Deicmannus, *per Ducatus Bremenſem & Verdenſem Superintendens Generalis, qui in hac Kilonienſi Academia elegans hoc & eruditum diſputationis ſuæ inauguralis argumentum exſtare voluit:* De Naturaliſmo cum aliorum, tum maxime Joh. Bodini, ex opere ejus MSto & uſque adhuc ἀνεκδότῳ, de abditis rerum ſublimium arcanis. *Ille hanc εὐτυχίαν habuit, ut, quod alii tot laboribus & ſumtibus quæſiverunt, illi ultrò in manus incideret. Nam duplex ei horum Dialogorum exemplar obtigit; quorum alterum eas antiquitatis notas habuit, ut ex primis Bodiniani operis apographis eſſe nullus ipſe ambigat, olim ex Bibliotheca* Guilielmi Laud, *Archiepiſcopi Cantuarienſis, magno ære redemptum. Alterum vero recentius ante* XX. *cum hæc ſcriberet annos, è codice Patini feſtinanti manu deſcriptum: quod tamen non raro lacunis Anglici codicis ſupplendis, & emaculandis librarii vitiis utiliter adhiberi potuit. Liber autem ita*

Digitized by Google

ita inſcribitur: Colloquium Heptaplomeres, de abditis rerum ſublimium arcanis. Ἑπλαπλομερὲς *inſcriptum eſt; non quod in ſeptem libros diſtributum eſſet; ſed, quod ſeptem viros*, Paulum Coronæum, Frid. Podamicum, Hier. Senamum, Diegum Toralbam, Ant. Curtium, Salomon. Barcaſſiam, *&* Octav. Fagnolam, *operis inter ſe partitis, perpetuo confabulantes introduceret: primo Pontificiorum, ſecundo Lutheranorum, tertio omnium ſectarum, quarto Naturaliſtarum, quinto Calvinianorum, ſexto Judaorum, extremo denique Muhammedanorum cauſam tutandam commiſit. Qui omnes ita de fidei controverſiis* συζητῦσιν, *ut Chriſtiani, ſive Pontificii, ſive Lutherani, ſive Calviniani, ſuccumbant ſemper; reliqui vero, inprimis Judai & Naturaliſta, triumphent. Hac ex ipſa illa Diſſertatione adducere volui, cum accuratior ejus dari notitia nequeat.* Hæc ille.

3 Fuit ille *Dionyſius Voſſius*, Jo. Gerardi F. Iſaaci Frater, qui *Belgarum aliarumque Gentium Annales, Auctore Everardo Reidano, ex ſua interpretatione Lugd. Batav. Anno* 1633. *in Fol.* edidit. Βιῶν *Clarorum Virorum* curioſis haud ingratum fore putavi, ſi hic Præfationem quam *Maimonidi*, à Dionyſio itidem Latinitate donato, præfixit Iſaacus Voſſius, ubi Vitam & Mortem hujus Dionyſii lugens fuſe narrat, adtexerem; ad quod me duo potiſſimùm impulerunt, primum quod nullibi Vitam ejus deſcriptam memini, & ſecundum quod elegans hæc Præfatio, in qua & alia de Voſſiorum Familia commemorantur, in Noviſſima quæ nunc prodiit Editione, deſideretur. *Quoties*, inquit, *memoria ſubit triſtiſſima illius diei, qua familia noſtra; imò, eruditiſſimorum etiam hominum judicio, Reip. litteraria, funeſta adeò illuxit; erepto fratre, heu fratre quondam meo, Dionyſio Voſſio: toties animo vehementer commoveor,*

cogi-

cogitans mecum, qualem amiſerim; alterum nempe, poſt clariſſimum parentem, meorum pariter, ac fratris Gerardi, (cujus itidem triſtis memoria nunquam animo excidet meo) optimum ſimul, ut pietatis, ſic ſtudiorum ducem. Talem enim uterque experti ſumus; præcipuè in penitioribus literis, cùm Latinis, tum Græcis: in quarum utriusque, ut de divino ejus ingenio nihil dicam, ſummis ipſe doctoribus Leidenſi in Academia uſus erat. In Latinis enim, præcipueque hiſtoria Romana, audierat parentem noſtrum, ac præterea nobilem, & eximium virum, Danielem Heinſium: in Græcis verò literis, vix decennis, audire jam publicè cœperat τὸν μακαρίτην Joan. Meurſium. Earundemque litterarum tanto deinceps etiam amore arſit; ut non temere eſſet celebriorem invenire ejus lingua ſcriptorem, quem ſi non totum ſemper legiſſet, (quod ea in ætate nulla præſtare poterat induſtria) non amplius ſaltem, quam delibaſſet. Atque hoc nunc etiam teſtatur ea vis floridorum, excerptorumque, ex ſcriptoribus Græcis; quæ, manu ipſa fratris exarata, adhuc ſervantur. Sed qualem in litteris hiſce ego, fraterque habueramus; talem eundem ſperabamus nobis, partim in Hebræis (quæ lingua quàm ei familiaris fuerit, argumento ſit, quòd jam in ea bis legerat univerſos Veteris Inſtrumenti libros, antequam expleret annum ætatis quartum ſupra decimum) partim Aramæis, & Chaldaicis; ubi doctorem habuerat Nob. & Clariſſimum virum, Conſtantinum l'Empereur: partim Arabicis, in quibus prius magiſtro uſus fuit magno illo Thoma Erpenio, τῷ μακαρίτῃ: poſteaque ſummo itidem viro, (quem in Matheſi ſimul ſequebatur ducem) Jacobo Golio: quo non alter meliùs dicet, quantum hac etiam valuerit lingua. Atque argumento præterea fuerit grandis ea vocum Arabicarum acceſſio, qua Raphelengianum Lexicon adauxit;

vix annos natus ſexdecim. Per ſe idem poſtea ſtudium Armeniacæ, Æthiopicæ, aliarumque Orientis, vel Auſtralium linguarum, fuerat aggreſſus. Atque ut magis Eccleſiæ ſtudia juvaret, magnis quoque impenſis ſibi jam comparararat Thalmudicos & Rabbinicos libros; conſilio fere, & opera in hoc uſus Manaſſis Ben-Iſraël, hominis Judæi; ſed integræ vitæ, & perdocti: quem & conſulebat ſubinde; præcipuè in illis ad veteris Synagogæ ritus pertinentibus. Eò faciliùs adductus fuit, ut Conciliatorem ejus facili labore ex Hiſpanica, cujus non minùs, quàm Gallicæ, Italicæque callentiſſimus erat, Latinè redderet: nec ſine tamen alio, quàm ut ad loca Scripturæ ἐναντιοφανῆ *concilianda, (quæ profectò non infima eſt Sacræ eruditionis pars) etiam Rabbinorum accederet auctoritas; magisque ſic firmarentur, quæ de iſtis tradidere Eccleſiæ homines: falſæ verò Rabbinorum opiniones certiùs refellerentur, præſertim ab iis, qui divini legiſlatoris Pentateuchum enarrarunt. Eodemque tempore, & antè etiam, diſtentus fuit, Latinè non paullò majori cura reddendò duodeviginti Annalium Belgicorum libros, quos lingua vernacula prudentiſſimè conſcripſerat Everardus Reidanus, Illuſtriſſimo Comiti Guilielmo Naſſovio, Friſiæ Gubernatori, à conſiliis. In tralatione hac præcipuè quidem operam dedit, ut fidum interpretem decuit, nequid Reidano dictum præteriret, vel diceret indictum; proxima verò cura fuit, ut quatenus interpreti liceret, idem & puritatem exprimeret Cæſaris, &* σεμνότητα *Taciti; quos ſcriptores duos ex proſaicis, poſt Tullium, prope in ſuccum ac ſanguinem verterat. Ac ſcimus non alienum hoc ab ejus conſilio fuiſſe, ut rerum uſu firmatior, ipſe ſimiliter conſignaret, quæ, poſt Reidani exceſſum, ab Illuſtriſſimis Fœderatæ Belgicæ Ordinibus adverſus potentiſſimum Hiſpaniarum Regem geſta forent. In quibus qualem ſe fuerit*

præbi-

præbiturus; multum quidem ex Reidani tralatione capere conjecturam licet: magis tamen ex iis, quæ ipſe ſcripſerat, velut (ut nunc ſolum editis inſiſtam) è panegyrico ejus gemino; quorum priorem ſoluta, alterum ligata oratione dixit Celſiſſimo Arauſionenſium Principi. Oratio quoque ejus excuſa Dantiſci, honori Nobiliſſimi juvenis Andreæ Chonæ Jaski Romæ in peregrinatione mortui: quam rogatus à conſanguineis defuncti exararat. Cum verò jam miranda ejus, pro illa quidem ætate, eruditio paſſim prædicaretur; in Dorpatenſem Livoniæ Academiam, à Sereniſſimo Suecorum Rege Guſtavo recens conſtitutam, litteris Academiæ ejus Cancellarii, Livoniæque Gubernatoris, Illuſtriſſimi Baronis Jo. Skytte (cæteros ejus titulos non apponam, quia ſupra omnes eos eſt ſumma viri virtus) tanti, inquam, viri litteris ad Hiſtoriarum, & Eloquentiæ profeſſionem perhonorificè arceſſitus fuit. Sed valetudo matris optimæ detinebat, & Paterna ſollicitudo, & quod ipſe mallet perficere, partim ea, quibus jam prælum ferveret, partim item alia nonnulla. Quibus de cauſis, nec antea vel precibus, vel ampliſſimis promiſſis, potuerat adduci; ut itineris, quod, præter alia loca, Conſtantinopolin erat inſtitutum, comes fieret illuſtri & generoſo Chriſtophoro Slupecki, L. Baroni de Conari, divini ingenii, & reconditæ doctrinæ juveni, patriſque mei triennio prope hoſpitis jucundiſſimi. Abſoluta tamen Reidani tralatione, faciliùs in iter Suecicum conſenſit: præſertim cum videret hoc agi, ut in lingua ejus nationis exercitatior, ex archivis cognoſceret antiqua Sueonum geſta iiſque cognitis, etiam domi ſuæ, ſi ſic mallet, gentis fortiſſimæ hiſtoriam contexeret. Multum verò tum in eo ad hæc permovendo potuit favor eximius illuſtriſſimæ illius trigæ, Joannis, Benedicti, & Jacobi Skyttiorum, inclyti ejus viri, quem dicebam, filiorum variis

adeò laudibus excellentium. Quorum primus poſtea bello hoc Suecico, ac Germanico, & conſilio bonus, & manu promptus, omnibus ducis muniis expletis, fortiter occubuit: juvenis ob raram doctrinam, eamque virtutem bellicam, non Suecicis modò, ſed exteris etiam annalibus, celebrandus. Cum illuſtriſſimo hoc juvene, Sueciam petere decreverat frater. Sed, ut incerta ſunt, fragiliaque omnia humana, pauculis ante præſtitutam diem menſibus, morbus eum invaſit, & mori in Chriſto, ſicut vixerat, paratiſſimum, meliores in ſedes tranſtulit, annos natum XXI. *& quod paullum excurrit. Anno enim* cIↃ IↃC XII. VI. *Id. Martii, natus erat Dordrechti, urbe Hollandiæ Principe, è ſacro eum fonte mox ſuſcipiente Ampliſſimo Viro, conjunctiſſimo parentis priori è connubio affine, noſtræ autem matertera magnæ filio, Jacobo Corputio; antea in Collegio fœderatis Belgis præfectorum rei maritimæ Roterodami delegato, nunc Reipub. Dordrechtanæ conſultiſſimo Senatore, ac Scabino. Obiit verò Amſtelodami* cIↃ IↃC XXXIII. 8. *Kal. Novembris; eapſe die, qua annis antea* XXXI. *terræ mandatus erat Leidæ avus noſter maternus, vir nobilis, ſed longè omnigenâ doctrinâ nobilior, Theologiæ imprimis, Franciſcus Junius, Dionyſii filius; in cujus memoriam fratri nomen Dionyſio impoſitum fuerat. Suo fratrem ſepulcro in Æde Nova, vel S. Catharinæ appellata, condi voluit nobilis, doctiſſimusque Guilielmus Arlandervenia Dominus; quicum ei aliquot annis, & Leidæ, & Amſtelodami, amor verè fraternus, & ſumma ſtudiorum, Græcorum imprimis, fuerat conjunctio. Ac prope quadriennio poſt, eopſe menſe, eidem Arlandervenius ipſe illatus ſepulcro fuit. Atque hic ille Arlandervenius eſt, cui Cretam ſuam vir optimè de literis, Græca præcipuè antiquitate, meritus, Joannes Meurſius dicavit. Aliaque, ad ejus laudem perti-*

pertinentia, propediem, ſpero, lucem videbunt. Varia, quæ in variis meditatus erat frater, ſedulo adſervo; idonea fuſiſſimæ doctrinæ teſtimonia; nec minùs immenſæ induſtriæ; quæ penè ſola, ſi naturam quidem hominum attendamus, valetudinem attrivit, vitamque imminuit. Nec, qui pietatis exemplar foret omnibus, alio unquam nomine increpitus fuit, quàm ob ſtudia immoderata; quæ ſæpe continuabat ad tertiam poſt noctem intempeſtam, non ſine dolore parentum, matris optimæ imprimis. Etſi verò in ſchedis ejus multa reperiam præclara; quominus tamen lucem hactenus viderint, Plinius fecit; qui inſuſurrat, nondum perfecta haberi debere pro non inchoatis. In duobus tamen aliud animi: nempe, Caſtigationibus, & uberibus notis in Cæſaris commentarios de bello Gallico: ac tractatione Maimonidæ de Idololatria cum luculento commentario: hæc enim ita parum a perfectione aberant, ut lucem ferre poſſe viderentur. Itaque illa in Cæſarem edere ſtatuerat clariſſimus frater meus, Gerardus: & jam, nequid deſideraretur, in volumine, quod Cæſaris nomine prodiret; caſtigationes, & notas ipſe meditabatur in octavum de bello Gallico, qui Hirtii eſt; ac ejusdem de Africano, & Alexandrino bello, libros; nec non Oppii, vel Balbi commentarium de bello Hiſpanienſi. Sed dum in iis eſt, (ô duram ſortem!) fatis ipſe etiam concedit, impensè mihi commendata variorum editione; præcipuè eorum, quæ ad Valerium Flaccum, & Cenſorinum elaboraſſet. Quod ad Maimonidem verò, eum cum Dionyſiana verſione, ac notis, ipſi nunc damus. Dicavimus verò florentiſſimis duabus Angliæ Academiis: quarum utramque luſtrarat frater; nec ab antiquitate duntaxat laudabat, quam non in principe, ſed ſecundaria laude pono; verùm ab viris omnigena doctrinæ, & humanitatis laude eximiis: quarum hanc ſummam quidem latus viderat

rat erga clariſſimum parentem, ſed nec proletariam cognorat erga liberos ejus ternos, itineris comites; in his ſe ipſum etiam; qui natu horum minimus vix tum ex ephebis exceſſiſſet. Atque hæc ille poſtea prædicare apud me, & Gerardum, ætate minores, ſæpius ſolebat. Nec diſſimulabat, ex quo tanta Academiæ utriusque, imò orbis lumina, oculis & auribus uſurpaſſet, vehementiùs ſe accenſum ad ſacra ſtudia, tantorum virorum, paternoque etiam exemplo, excolenda. Nec verba nobis dare voluiſſe, ſatis arguunt multa adeò, ex antiquis Eccleſiæ doctoribus, in ſchedis, quas adſervo, cùm aliis ſæpe, tum feſtis præcipuè diebus, non minori judicio, quàm labore conſignata. Sed de fratre, ejusque ſtudiis, ſatis; præſertim, quando cogito malignum hoc ſeculum; quo pauci, quibus carent virtutibus, eas in aliis, etiam poſt fata, vel æſtimant, vel agnoſcunt. Et fortaſſe, absque eo eſſet, addidiſſem non minora alia. Sed quia ea ſunt magnis, & cordatis viris, teſtatiſſima, quorum recenti adhuc memoriæ inhærent; ab his, quam me, referri malim. Imò jam magnâ id parte à variis factum; quorum judicia, occaſione commoda, ſi Deus ſiverit, promam in patriam redux. Nunc ſatis duxi, ex tam multis ſubdere verſus pauxillos ante octennium in exſequiis fratris ſcriptos, à paterno, priùs in Leidenſi Academia, nunc in Amſtelodamenſi Athenæo, collega conjunctiſſimo, Caſpare Barlæo, ſummo & Philoſopho, & Poëta; ut cæteras mirandi viri laudes reticeam. Vale, mi Lector, ac fratri defuncto fave; quando ſic inſtituit adoleſcentiam, ut, præter ætatis ejus morem, non inane ſectaretur nomen, ſed Deo vellet probari, & probis: atque hinc ob pietatem, virtutesque eximias, inde ob mortem, nimiis ſtudiis, ſi humanitus ſpectemus, acceleratam; ſolùm illud dubium fecerit omnibus, utrumne dulciorem, an triſtio-

triſtiorem, reliquerit memoriam ſui, Lutetiæ Pariſiorum. cIↄ Iↄc XLI. *Kal. Novemb.*

Clariſſimo Viro

D. GERARDO VOSSIO,

Hiſtoriarum & Politices Profeſſori celeberrimo, Collegæ conjunctiſſimo;

cum funus præſtantiſſimi Juvenis

DIONYSII VOSSII,

Filii ſui chariſſimi, efferret,

Anno cIↄ Iↄc XXXIII. 4. Kal. Novembris.

Jam tibi Scaligeri præbent ſolatia patres;
Docta quibus ſoboles occidit ante diem.
Jam ſua præluſtres objectant funera Douzæ,
Et tot fatali pignora rapta manu.
Magnorum ſors iſta virûm eſt, clariſſime VOSSI,
Et lachrymas jungunt nomina tanta ſuas.
Sat vixit, miſero quem virtus eximit ævo,
Nec memor ingenii fama latere ſinit.
Cœperat huic ingens Latium debere juventa,
Et Taciti quiddam grandius ore loqui.
Græcia ſolertes tali ſub vindice voces,
Priſcaque dictabat verba diſertus Arabs.
Una ſacro ſancto verſans induſtria myſtas,
Nunc tibi Judæum, nunc dabat illa Syrum.
Chaldæusque ſenex iſto ſapuiſſet alumno,
Et proprium Maimon mox ſtupuiſſet opus.

Jamque ſtupet, dum cuncta ſuis idola faceſſunt
Sedibus, & vani diſperiere Joves.
Confudit linguas Lacheſis, quæque omnibus æque
Et poterat fari diſſona, muta ſilet.
Quid juvenem fletu decoras? qui redditus aſtris
Jam propior Juni ſuſpicit ora nepos:
Et gradientis Avi ſe majeſtate tuetur,
Errantemque inter ſidera ponè premit.
Illic ſub pedibus quicquid mortale beatus
Calcat, at hoc unum, Te lacrymare, vetat.
Si talem genuiſſe juvat, concede Tonanti,
Et magno pignus nobile redde Deo.
Præſecuit ſpes ille tuas, ſed ſpondet, eodem
Patre tibi rurſum creſcere poſſe novas.

CASPAR BARLÆUS.

Quanti porro Doctiſſimi illorum temporum Viri eum fecerint, abunde teſtatur *Salmaſius* (ut alios taceam quos ne longior ſim, prætereo) in Epiſt. 41. ad Patrem; *Clariſſime*, ſcribit, *& tuo caſu miſerande Voſſi . . . . mea incommoda ludum jocumque fateor eſſe, præut eſt illa clades, quæ te cœlo caput ſublime ferentem, repente ad inferos preſſum demerſit, optimi, cariſſimi, doctiſſimi & ad omnia ſumma nati filii obitu; quem tu non ſolus lugere, ſed omnes una tecum debemus, quicunque litteras amamus; cum ſatis conſtet iis quibus notus fuit, non privatam ſanè eſſe jacturam, ſed publicam, & communiter bonis omnibus doctiſque dolendam. Non tu, inquam, filium tantùm tui amantiſſimum, tuam ſpem, tuum ſolatium amiſiſti; ſed Reſpublica etiam litteraria ſummum ſuum alumnum, ac præſidium, quale ſe futurum eſſe non levicula aliqua ſpe oſtendebat, ſed re*

certa

certa, manifeſtoque pignore jam ſpondebat. Nec promittebat fructum duntaxat, ſed etiam præſtiterat. Quod ad me attinet, cum heri mihi, nec enim ante reſcivi, triſtiſſimus hic nuncius & acerbiſſimus allatus eſſet, haud aliter inhorrui, ſtupuique defixus, ac ſi fulminis aura afflatus in veſtigio hæſiſſem. Nec potui me per aliquot horas colligere; ſtatim obverſabatur animo elegantiſſimi juvenis vultus, inceſſus, geſtus, & omnia dicta factaque miro lepore & amœnitate condita. Sed & celeri mœſtæ mentis agitatione varia deinde cogitabam, quantum detrimentum accepiſſent litteræ; quantum denique luctum ea tibi mors adferret; nunc miſerabar tuam vicem, nunc fatum publicum, nunc etiam meum ipſius, cum ſcirem me amatum fuiſſe non leviter a præclaro adoleſcente, cujus ego virtutibus & doctrinæ, adeo notabili incremento adſurgentibus, nimium quantum favebam, &c. Et Epiſtola 42. ad Eundem *J. G. Voſſium* ſcripta: *Ante aliquot ſeptimanas*, exorditur, *ſcripſi ad te, Vir magne, ut meum tibi dolorem teſtarer, quem ex morte præſtantiſſimi Juvenis, ac Muſarum Gratiarumque manu facti filii tui ceperam, non eo certe animo ut tuum luctum levarem, quem non dubitabam eſſe maximum, ſed ut me quoque ejus participem oſtenderem, qui non ſolum amicum amiciſſimi viri filium amiſiſſem, ſed etiam litterarum olim magnum tibicinem futurum, magnumque decus, ſi vita illi, Dei voluntate, longior eſſet data.* Hæç ille.

EPISTOLA IX.

Illuſtriſſimo & Incomparabili

VIRO

HUGONI GROTIO,

Legato Ordinario Regni Suecici, ad Regem Chriſtianiſſimum.

S. P.

Lutetiam Pariſiorum.

Qui haſce, Illuſtriſſime Domine, litteras perfert, is eſt Chriſtophorus Bernhardus Seuberlich Thuringus: cujus parens uni ex Thuringis Comitibus aulicus Eccleſiaſtes fuit. Ipſe in variis Germaniæ Academiis ſtudiis nobilium juvenum præfuit, præcipueque Juriſprudentiæ operam dedit. Ex pacta autem mercede tantum comparſit, ut videatur ſibi aliquantiſper ſuo poſſe ſucco vivere. Nihil autem æquè in votis habet, quàm ut cuiquam è principibus Germaniæ viris, aliive

ve dignitate Illuſtri, à conſiliis, aut ſecretis eſſe poſſit. Proximum eſt, ut ſaltem curæ ſuæ iterum commendentur juvenes facilè agentes, non quo iis doctor ſed domeſticus; ſed quibuſcum continuo, vel mox terras luſtret exteras. Hoc fine fortunam quærens, prius Britannias, mox Gallias viſit: utrum ex ſuo, an alterius conſilio, haut ſat ſcio. Significavi illi, ſatis mihi arduum videri, quod petit in tanta exſulum Germanorum copia, in his tot eruditis juvenibus, quorum quilibet penè conditionem hujuſmodi depoſcit. Roganti ei, ut aliquid ad te litterarum dare vellem, non potui id denegare: præſertim cum idem peteret Vincentius. Fabricius, juvenis ut carmine pollens, ſic aliis etiam ſtudiis excultus, &; quod caput eſt, moribus perhoneſtis: quicum non exiguus mihi, major liberis meis uſus intercedit. Is eum ut optimè novit, (nam aliquamdiu cum eo Coloniæ Agrippinæ vixit) ita mihi à virtutibus & doctrina commendavit, atque ut idem apud te facere vellem, omni ſtudio contendit. Etſi autem planè perſuaſum

ſum habeo, te commendationibus aliorum tantum non obrui: confido tamen hanc utriuſque noſtri haut fore ingratam: imò nec inutilem, modò juvare eum in aliquo, ſi non auxilio, ſaltem conſilio, poſſis. De rebus privatis, aut publicis, nihil addo: quia cum Seuberlingus hic priùs Britannias adeat, atque iſtic dies aliquot ſit hæſurus: omnino ante haſce jam alias à me acceperis. Illis igitur potius cætera hac ipſa hebdomade complectar. Amſtelodami cIↃ IↃc XXXVIII. IV. Eid. Septembris.

Illuſtriſſimi nominis tui cultor

GER. JO. VOSSIUS.

EPI-

EPISTOLA X.

A

MONSIEUR GROTIUS,

Ambaſſadeur de Suede.

MONSIEUR,

Il faut que je vous avoüe, que j'ay eſté ſi aiſe de ce qu'on m'a aſſeuré, que vous nous allez donner vos Notes ſur le Nouveau Teſtament, *& voſtre livre* de la Verité [1] de la Religion *amplifié, que je n'ay pas voulu retarder plus long temps, ſans vous envoyer un Manuſcrit d'un ancien Juriſconſulte decedé depuis* 10 *ou* 12 *ans ença, lequel vous pourrez lire à voſtre loiſir, & voir s'il ne vous pourra ſervir pour ce ſujet; car il refute par autorité quantité de mauvaiſes opinions* [2] *des Athées & des Libertins. Vous le retiendrez tant qu'il vous plaira. Ce me ſeroit une gloire, & une conſolation fort particuliere, ſi je vous pouvois ſervir en quelque choſe de vos*

bons

bons deſſeins. Si vous avez les Epitres de Socinus, je vous prie de me les envoyer pour peu de jours. Je vous les renvoyeray bien fidellement. Je ſuis cependant

Voſtre trés-humble & trés-affectionné Serviteur

F. M. MERSENNE 3 M.

1 Notatu digna ſunt, quæ de hoc libro in Dictionario Hiſtorico & Critico Vir Eruditiſſimus Petrus Baylius refert: *Pendant le ſejour qu'il fit à Paris, avant que d'y être Ambaſſadeur de Suède*, „ il mit en proſe Latine ſon livre de la „ Religion Chretienne, qu'il avoit fait en vers Flamands en „ faveur des matelots qui font le voyage des Indes, pour „ les divertir à chanter une Poëſie ſi pieuſe. *C'eſt ainſi qu'en parle Monſieur du Maurier, & il a bien tort d'avilir juſqu'à ce point-là le but de l'Auteur, car Grotius s'étoit propoſé une fin bien plus relevée; il voulut fournir aux Hollandois, qui vont aux Indes, les moyen de travailler à la converſion des Infidelles.* „ Propoſitum enim mihi erat, omnibus quidem civibus „ meis, ſed præcipue navigantibus, operam navare utilem, „ ut in longo illo marino otio impenderent potius tempus, „ quam, quod nimium multi faciunt, fallerent. (Scribit Grotius de verit. Relig. Chriſtian. p. 3. edit. Pariſ. 1640. m. 12.) *Cet Ouvrage eſt Excellent. Les notes qui l'accompagnent ſont remplies d'une profonde erudition: il a été traduit en Anglois, en François, en Allemand, en Grec, en Perſan & en Arabe, mais je ne ſai pas ſi toutes ces traductions ſont devenuës publiques. La Grecque ne l'étoit point l'an* 1637. „ (Grot. Epiſt. „ 411.

„ 411. par:. 2. pag. 872.) *Grotius l'année ſuivante ne parle de la traduction Perſane, que comme d'un Livre à quoi les Miſſionaires du Pape faiſoient travailler*: „ Liber meus (*inquit pag*. 881.) de veritate Religionis Chriſtianæ . . . qui „ Socinianus eſt Voetianis, adeo hic pro tali non habetur, „ ut ſtudio Religioſorum Pontificiorum vertatur in ſermo- „ nem Perſicum ad convertendos, ſi Deus cœpto annuat, „ ejus imperii Mahumetiſtas. *L'an* 1641. *un Anglois qui avoit traduit ce livre en Arabe, vouloit faire en ſorte que ſa verſion fut imprimée en Angleterre.* Comme elle le fut *a Londres en* 1660. *in* 8. *l'Auteur eſt le celebre Edouard Pocok. J'ay oublié de dire qu'il y a deux traductions Allemandes de cet Ouvrage, l'une en proſe & l'autre en vers, & deux traductions Francoiſes en proſe. La derniere a été faite & publiée à Utrecht l'an* 1692. *l'autre avoit paru depuis long-tems; celui qui en étoit l'auteur s'appelloit Monſieur de Courcelles. Il me ſemble qu'il n'y a rien de plus faux, que ce qui fut dit à Mr. Wheler & à Mr. Spon, que* Grotius a dérobé tous ſes principaux argumens pour la *verité de la Religion Chrêtienne*, d'un Auteur Arabe, & particulierement des Ouvrages d'un excellent homme que les Latins ont tenu pour un Archiheretique, mais que les Coſtes tiennent pour un ſaint, qui a écrit un excellent Livre contre les Turcs & contre les Juifs, pour la verité de la Religion Chretienne. *Wheler Voyage de Dalmatie &c. liv.* 2. *pag.* 163. *edit. de Hol.* 1689.

2 Ipſe quoque Merſennus contra Atheos ſcripſit; teſte Morhofio, Polyhiſtor. Litterar. lib. 1. cap. 7. qui de libro illo hæc ſcribit: *Qui ipſe Merſennus ſuo illo in Geneſin Commentario omnia illa, quæ ab Atheis & Naturaliſtis proponi argumenta ſolent, ſumma diligentia, collatis etiam amicorum aliorumque virorum doctorum operis, coacervavit. Pandectas hunc librum multarum rerum curioſiſſimarum, mathematicarum, naturalium dixeris.* Hæc Morhofius.

3 *Marinus Merſennus Minorita*, inſignis non tantum Theologus; ſed & eximius quoque fuit Mathematicus, uti Harmonicorum & alii ab eo editi libri ſatis teſtantur. Mortuus autem eſt, die primo Menſis Septembris Anni 1648. ætatis 60. Vita ejus Auctore P. Hilarione De Coſte, anno 1649. Lutetiæ Pariſiorum prodiit. At miror Peraldum, inter amicos Merſenni, quos nominatim enumerat, in Vita, quam Tomo

mo II. Vitarum Virorum ſæculo XVII. in Gallia Illuſtrium, deſcripſit, nullam Grotii, cujus tamen amicum interiorem fuiſſe, his, & aliis ad eum exaratis Epiſtolis conſtat, mentionem feciſſe.

Google

INSIGNIUM VIRORUM

EPISTOLARUM SELECTARUM,

hactenus ineditarum,

DECAS II.

EPISTOLA I.

JOANNES MEURSIUS PETRO SCRIVERIO, MEO

Salutem & Amorem viciſſim nuncio.

Litteras tuas, amiciſſime Scriveri, herè accepi, non ſolas tamen, unà cum elegantiſſimo iſto carmine apud argentiplagipatidas tuos nato. Scis tute, etiam non indice me, quàm utrumque mihi gratum, & maximè ſincerus ille amor, qui in carmine præſertim ſe oſten-

dit. A quo enim alio fonte profluxiſſe dicam limpidiſſimos laudum rivos, quos in me derivas? Si me ſpectem, non merui: ſi te, multò minùs. Ut tamen meruerim, perſuadet tibi ille Veneris, non Volvivagæ, apage peſtem, ſed cœleſtis & honeſtæ cœleſtis & honeſtus Amor. De carmine, vellem paulò maturiùs accepiſſem, ſaltem quatriduo: ad umbilicum enim perductum jam *Spicilegium*, [1] & ne ſex ſeptem poſtremæ pagellæ vacent, transſcribenda fuerunt capita Variarum mearum quatuor. Dabo tamen Typographo, & minutioribus iſtis typis, quos vidiſti, quos vis, excudi curabo. Non debet enim perire tam probum Poëmation, plenum ſalibus, non ſatyricis, ſed iſtis ſapientiæ, quibùs magnus ille ſapiens condire ſermones noſtros præcipit. Ultrajecti, id eſt, in civitate è qua ego oriundus, fuiſſe te, & dies lætos habuiſſe, oppidò gaudeo: utinam ego tecum, apud meos. *Arnobium* [2] erit, (neque enim celare te aut volo, aut poſſum) ut à me aliquando exſpectes. Ruri meo eum ſolum penes me habui, à capite ad calcem perlegi,

legi, quid multis? ſuſtuli plus minùs CCCCL menda, pleraque, apud te dico, felici manu: in quibuſdam, neceſſe fateri, nondum mihi ſatisfacio: propera, vide, & judicio iſthoc juva. Lib. IV. monſtra inveni, tranſpoſitas integras pagellas, ut omittam, quæ paſſim in aliis libris, loca. Ad ultimam epiſtolæ tuæ partem venio, triſtem ſanè: quam ſi omiſiſſes, nec puriſſima illa gaudia ex primore concepta repentè tanquam remora aliquis peſſimo atramento confudiſſes. Mi Scriveri, in alias regiones cogitare te? aut cogi potius? tam longè à Meurſio & Batavia diſcretas? Grave profectò hoc mihi accidet. Jam illud quantò gravius? à Muſis diſcedere, dicere triſtiſſimum VALE. Utinam illæ te arctiſſimis amplexibus conſtringant, neque unquam amittant: quin, ſi vi agendum, in carcerem conjiciant, unde non evadas. Mi Scriveri, mi Scriveri, utinam vel illam ſaltem partem omiſiſſes! Ita me nimium quantum perculit. Et, crediſne? illacrymans hæc ſcribo. Tu verò aude credere, videt & ſcit is qui omnia. Finio epiſto-

 lam,

lam, & dico triſtis triſte (utinam ne aliquando triſtius!) Vale, Vale, Vale, Amicorum Amice v. Kal. Maias. cIↃ. IↃ. XCVII.

1 Reſpicit hic Meurſius ad *Theocriticum Spicilegium*, quod hoc anno Lugduni Batavorum in 8vo. prodiit.

2 *Arnobium*, quod equidem ſciam, Meurſius nunquam, edidit, ſed anno ſequente 1598. prodiit Lugd. Batav. ejus *Criticus Arnobianus*, una cum *Hypo-Critico Minutiano*, in 8vo; non autem an. 1599. ut falſo in Athenis Belgicis Swertius, & in Bibliotheca Belgica Valerius notant.

EPISTOLA II.

JOANNES MEURSIUS PETRO SCRIVERIO MEO

S. D. *Amſtelodamum.*

Litteras tuas ſanè gratiſſimas accepi herè, mi Scriveri, in quîs & unas Dn. Scaligero inſcriptas, cui tradidi. Gratiam ille tibi magnam habet pro iſta tua indicina, dixitque menſe proximo Amſtelodamum ſe iturum. Dixi illi de *Decerminum* [1] tuis libris, dixi

dixi de *Agellio* [2]; promiſit auxilium, tuaque unius cauſâ relecturum ſe eum Auctorem, tradituramque quæcunque obſervarit. Dixi etiam de *JCtorum* [3] *Fragmentis* quæ colligis: laudabat vehementer induſtriam tuam. Tu dabis operam, ut, quæ de te ei recepi, gnaviter exſolvas. Sed Friſo noſter abiit! ſic accipio. Carmen non habebam, gratiam igitur debeo, quod miſeris. De MStis quos vidiſſe ais, dolui dolorem tuum; & invidi Harpyiis iſtis talem θησαυρὸν. nec injuriâ. Miſerum profecto Scriptorum fatum, qui in eorum manus devenire neceſſe habent! Eitzo noſter plurimâ te viciſſim ſalute impertit. Vale, mi Scriveri. Die craſtinè rus meum cogito, viſendi ad patrem; quem utinam ſalvum inveniam! Lugd. Bat. III. Non. April. Anno cIↃ. IↃ. XCVIII.

Heus tu! cur non una ad Eitzonem noſtrum carmen tuum miſiſti? ſeriò ringitur; itaque, ut placeas, emenda culpam cum Petroniano illo Polyæno, quem noſti.

1 De editione horum librorum dubito, cùm eos neque viderim ipſe, neque citari uſpiam obſervaverim, nec Meurſius in Athenis Batavis, Sweertius in Athenis Belgicis, vel Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, ubi Scriverii Operum Catalogum exhibent, eos enumerent.

2 An *Agellius* hic prodierit, mihi non conſtat, cùm ejus itidem nemo mentionem faciat; itaque affectum tantum putarem.

3 *Tragicorum veterum Collectanea*, cum Notis anno 1620. Lugduni Batavorum in 8. edidiſſe ſcio; ſed JCtorum hæc *Fragmenta* unquam lucem adſpexiſſe vix credo, cùm neque horum ullam apud ſupra citatos Auctores mentionem factam inveniam.

EPISTOLA III.

Doctiſſimo Ornatiſſimoque

VIRO

D. PETRO SCRIVERIO,

AMICO MEO,

S. P. *Lugdunum.*

Tradidit mihi Epiſtolam tuam, doctiſſime Scriveri, Lydius noſter, ſed moleſtiſſimè in migrando occupato. Eâ *Agrimenſores* 1 meos petis. Atque en tibi illos. Candidæ enim ſunt Muſarum januæ. Etſi vero mihi

mihi de facie ignotus ſis, optimam tamen tui partem vidi, dum mihi te ad vivum ſuo penicillo depinxit alter Lydius noſter, candidiſſimus itidem juvenis, (ni tamen jam vir ſit.) Quod Lipſio, quod Nanſio, καὶ τῷ τῶν ὄντων κορυφαίῳ D. Scaligero, καὶ πᾶσι πέμπελον σχεδὸν non negavi, idne tibi negarem? Crede mihi, mi Scriveri, & ego, etſi occaſum petens, ſum ex illis, qui & occaſum ſolem & orientem ſuſpicio & libens adoro. Meus codex etſi Harpyias expertus eſt, habet tamen ſcio, quæ tuus non habet. Ego olim illum editioni, ut vides, deſtinaram, ſed oppidò mutilum deprehendens, in occaſionem rejeci commodiorem. fortè illa nunc mihi per te offertur. Ego nunc utrumque tibi committo & commendo, quos propter ætatem etſi decrepitam efflictim ipſe jam ſenex amo & ſummè veneror. noviſti namque illud, pares cum paribus. Conditiones, quas proponis, poſtea ponderabimus, ubi, quouſque progreſſus ſis, intellexero. Utinam verò quid amplius eſſet domi meæ, quo tibi adeſſe, aut magis gratificari poſſem! Sed

animus tibi nunc ſufficiet. Raptiſſimè & inconditiſſimè. Franekeræ, pridie Kalendas Maji 1602. ignoſce huic noſtræ ſcriptioni, quæſo, & rem publicam litterariam, quantum in te ſitum, juva, & ejuſdem cauſâ nos amare perge,

Tuus ex animo

J. ARC. THEODORETUS.

1 Aut ego vehementer fallor, aut Scriverius hoc Codice uſus eſt ad edendum *Hygini fragmentum de Caſtrametatione*, quod ex hiſce Præfationis Vegetio ſuo præfixæ verbis colligo, *Hygini*, inquit, *fragmentum de Caſtrametatione nunquam hactenus viſum, quamquam eſſet mendoſiſſimum, attexere non dubitavi. Deſcriptum id à me ex codice Arceriano, quo uſus etiam olim magnus Lipſius.* Hæc Scriverius.

E P I-

EPISTOLA IV.

PETRUS SCRIVERIUS
V. N.
ADRIANO VANDER BURGIO,
P. S. D.

Quod rariùs ad te ſcribam, Vir nobiliſſime, non fit quòd Epiſtolæ argumentum mihi deſit, non certè. nam qui te ingeniique tui præclaras dotes animo volvit, materies ſcribendi ei ſatis ampla ſuppetit. Profectò ſi encomia omnia tua ſtylo perſequi velim, in immenſum excreſceret oratio, & Iliadem puto ſuperaret. Sed de his inpræſentiarum nihil dicendum eſt, quia multa mihi dicenda eſſe video. Quin cauſſam potiùs intermiſſi paululùm officii declaro. Verebar, nempe, ne aſſiduitate literarum mearum tibi moleſtus eſſem & in publica quodammodo commoda peccarem, quibus promovendis omnes curæ cogitationeſque tuæ conſecrantur. Hinc factum eſt, quod ſemel tantum

duntaxat ad te ſcripſerim, ex quo munuſcula tua litteraria ad me miſſa ſunt. Litteras eas an acceperis neſcio: hoc ſcio, poſtea edoctus, me impuriſſimo nebuloni commiſiſſe; vereor mediusfidius, vereor, ut & hic ad ingenium ſuum redierit iſte tenebrio, & faſciculum meum tibi in manus non tradiderit; cujus jactura fortaſſe levis videri poterat, niſi in eo fuiſſet prolixa ad reverendiſſimum fratrem tuum Decanum epiſtola, cui quoque annexum ad eundem carmen ſatis longum quodam impetu à me fuſum. Quorum omnium exemplar, quod doleo, non ſervavi. Exiſtimabam ſcilicet, me hominem fideliſſimum nactum, & qui rectè curaret: tam urbanus erat & tam delenificus ſcurra. vetus verbum non magis verbum eſt, ſed oraculum

Malus ubi ſe bonum ſimulat tunc eſt peſſimus. [1]

Hactenus de nequiſſimo illo & à moribus tuis meiſque alieniſſimo impoſtore. Venio ad ſtudia mea. *Martialis* [2] poëtæ Epigrammatarii, nova editio mihi nunc prora & puppis eſt, quod dicitur. Textus ejus laborat in

fine

ſine. Ad Majum menſem, credo, auſpicabuntur operæ Animadverſiones meas; niſi priùs excudendum dedero *Florilegium* 3. Epigrammatum aliquot Martialis Græcè, ab Illuſtri viro Joſ. Scaligero nuper mei in gratiam converſorum; elegans opuſculum eſt, & multum in eo ſibi placet noſter Heros. Omnia ibi feliciſſimè verſa miraberis tute, ſat ſcio, ubi videris. Ita vivam, brevi te iſtius muneris participem faciam. Sed apud te eſt, ne quod conatus meos juvare poſſit? rogo; ne cela. Equidem imparatus ad auctorem difficillimum non accedo, utor optimis Manuſcriptis Codicibus, quos amicorum beneficio numero XII. poſſideo. Hui, fortè inquies, veroſimile iſtud, Scriveri, vix videtur: imò verum tibi narro, mi Burgi. Crede & exſpecta; videbis ipſe me nihil finxiſſe. Cæterùm, quod dicebam, ſi apud te ſit quod conatus meos juvare poſſit, ne cela. Age modò, & excute ſodes Bibliothecam tuam, ſi quid erit ad me mitte, cum fide, remittam. Tu quid jam agas, quid optimus, doctiſſimuſque tuus frater Lambertus, velim, niſi

ſi moleſtum ſit, ad me ſcribas. Scito me litteras tuas devotiſſimè exſpectare, ſcito etiam me tui fratrisque tui videndi deſiderio mirum in modum torqueri. Ut vos inviſerem aliquando mecum egiſti, memini, & ſummas gratias tibi ago atque habeo, mi Domine: hoc tempore non licet, quanquam vix teneor quin accurram; tam humana eruditio veſtra eſt, tamque erudita humanitas. Quarum utra valentior ſit, non immeritò ambigi poteſt. Certè apud me dubia & anceps eſt pulcherrimæ conſpirationis palma, quæ ut hîc in terris diu ſit, etiam atque etiam, Deum Opt. Max. rogo. Lugduni Batavorum III. Aprilis die, ſtilo non antiquo ſed antiquato. cIↄ. Iↄ. CIII.

1 *Pub. Mimi* ſententia.

2 Prodiit hac *Martialis* Editio, *Lugduni Batavorum* ex Typographia *Plantiniano-Raphelengiana*, anno 1619. in 12.

3 *Florilegium* hoc excuſum fuit *Pariſiis*, ex Typographia *R. Stephani*, anno 1607. in 8. Sed cum illa editio mendis non vacaret, & illud cum aliis *Scaligeri* Poëmatibus in ſcriniis ſuis Scriverius aſſervaret, idem hoc Florilegium cum cæteris *Scaligeri Poëmatibus*, Typis *Plantinianis*, ex Muſæio ſuo anno 1615. edidit in 12.

EPI-

EPISTOLA V.

JOANNES MEURSIUS PETRO SCRIVERIO.

Lugdunum Batavorum.

Si recte memini, Scriveri doctiſſime, vidi olim in Bibliotheca tua Michaëlis Syngeli opuſculum, neſcio cujus Monachi Georgii Vitam continens. Si utendum mihi illum ſuppedites, gratiam à communibus Muſis inibis maximam. Velim item Thomam Magiſtrum, & ſi quid habes poſterioris ævi Græcanicorum Scriptorum. Ille Michaël, puto, adjunctus Dionyſio περιηγητῇ, & Moſchopulo eſt.' Rectè, & tutò curabis craſtino die per nautam. In remittendo mihi fides conſtabit. Vale, Doctiſſime Vir. Hagæ Comitis Prid. Kal. Novembr. cIↄ Iↄc III.

EPI-

EPISTOLA VI.

JOANNES MEURSIUS PETRO SCRIVERIO.

S. D.

Lugdunum Batavorum.

Si vales, bene eſt; ego quidem valeo, mi Scriveri. Et numquid appoſitè utor vetere formulâ initiali exoleta? Opinor, in tantâ mortalitate, quæ apud vos. Erotianum tuum, ſi carere eo potes, ad pauculos tantùm dies utendum quæſo mittas per hunc nautam, fidus eſt, & tutò illi committes. Pragæ obiit nuper [1] *Giphanius*, ut intelligo ex litteris quæ inde ad nos veniunt. Neſcio an audiveris. Noſtrum de [2] *Funere* puto te vidiſſe; forſitan etiam probaſſe. Nunc damus *Gloſſarium* [3] ἑλληνικοβάρβαρον, & *Notas ad Codini* [4] *Origines Conſtantinopolitanas*. *Spicilegium* quoque *Theocritium* recudimus auctius multo, caſtigatiuſque. Si in carminibus tuis aliquid

aliquid mutatum voles, indica, & mutabimus. Sed *Martialem* tuum quando videbimus? Deſine illum nobis diutiùs velle invidere. Non debes. Famam cogita, & efflagitantem tacitis vocibus gentem litteratam. Vale, mi Scriveri. Hagæ-Comitis III. Non. Octobr. cIↄ. Iↄc. IV.

1 Sweertius in Athenis Belgicis, Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, &, qui Andream Valerium ſequutus eſt, Adrianus Baillet in Libro Gallico cui Titulus *Jugemens des Sçavans &c.* mortuum ſcribunt VII. Kal. Aug. anni 1609. cùm Thuanus (quocum Helvicus à Schuppio continuatus, & hic Meurſius conſentiunt) Hiſtoriar. Libr. 131. VI. Kal. Vtil. anni cIↄ Iↄciv. ſeptuagenario majorem ultimum diem Pragæ clauſiſſe referat, Elogium ejus loco citato apud eundem Thuanum legitur.

2 Prodiit hic liber *De Funere* Hagæ Comitis, eodem hoc anno 1604. in 8.

3 *Gloſſarii* hujus *Græco-Barbari*, prima editio, in qua cIↄ cIↄ cIↄ Iↄc vocabula collecta erant, lucem demum adſpexit Lugd. Batav. anno 1610. non vero 1612, uti Sweertius & Valerius Andreas notant, iterata vero editio cIↄ Iↄccc vocabulis auctior an 1614. in 4.

4 *Codinum De Originibus Conſtantinopolitanis* 1607. in 8. edidit.

EPISTOLA VII.

SIXTUS ARCERIUS PETRO SCRIVERIO.

S. D.

Scriptionem meam nuperam tibi fuiſſe non ingratam, Ornatiſſime Scriveri, gratum fuit è tuis tandem intelligere. Ad quas quod ſeriùs reſcribo, velim pertinaci ac glaciali hyemi adſcribas, quæ nobis omnem ſcribendi viam, ſed & occaſionem interclusit. Quâ redditâ, ſucceſſu novi hujus veris nihil profecto prius faciendum mihi duxi; quàm amicis, in quibus te jam mutuò habeo, reſpondere. Candorem tuum & humanitatem, quam declaras, laudo atque amplector. Quo magis utere, fruere ſcriptoribus iſtis meis non tibi ſolùm, ſed, quod hortor, & utilitati publicæ multorum. Quin ſi quid aliud in noſtrâ tenuitate eſt, quod vel tibi, vel publico bono poſſit eſſe uſui, annue modò, & operam dabo ut quàm primùm habeas, non aliâ fide; quàm

quàm quâ ſolet inter bonos bene agier. In *Vegetio* ac *Frontino*, quos [1] promittis, doleo me nihil poſſe tibi ſubſidii conferre. nam iſtius *Veterinariam* prorſus non habeo. illius de *Aquæ-ductibus* Commentarium habeo quidem, ſed, ut autumo, ex editione vulgariâ Argentoratenſi, adjunctum Vitruvio. De *Mulomedicina* libri iſti in publica noſtra bibliotheca ſunt, è qua editione non auſim adfirmare, credo tamen Baſilienſi. Sed ibo & viſam. Et quidquid erit, id faxo ut mecum ſcias. Vos interea, qui poteſtis, rem noſtram litterariam apud pleroſque labaſcentem erigite ac promovete, nos alios, quibus non licet eſſe tam diſertis, habituri diligentiæ, laborumque veſtrorum & Judices æquos, & ex obligatione præcones. Vale. Franekeræ XI. Kalend. April. cIↄ. Iↄ. CVI.
Julian.

1 Promiſſos hos auctores, ab ipſo recognitos, anno 1607. in 4to. ex officina *Plantino-Raphelengiana*, edidit *Scriverius*, ſequente Titulo:

V. Iul. Fl. Vegetii Renati Comitis, aliorumque aliquot Veterum de Re Militari Libri. Accedunt Frontini Stratagematibus ejuſdem auctoris alia opuſcula. Omnia emendatius,

quæ-

quædam nunc primum edita à Petro Scriverio. Cum Commentariis aut Notis God. Stewechii & Fr. Modii.

Continentur vero in hac Pandecte Militari

Vegetii, De Re Militari Libri V.

M. Porcii Catonis, *Cincii*, aliorumque de Re Militari Fragmenta.

Claud. Æliani Tactica.

Polybius De Militia & Caſtrametatione Romanorum.

Julii Hygini, Gromaticus ſive de Caſtrametatione liber, à *Scriverio* primum ex antiquiſſimis membranis editus.

Anonymus De Rebus Bellicis liber cum figuris, ſemel antea tantum excuſus.

Modeſti Libellus de Vocabulis Militaribus.

Ruffi Leges Militares.

Frontini Stratagematicon.

De Aquæductibus Romæ, Commentarius. & de iiſdem conſtitutiones Imperiales.

De Re Agraria, cum *Agenni Urbici* Commentario.

De Limitibus, ſcriptum à *Scriverio* quoque primum editum. Item, Legis Maniliæ aliquot capita, & quædam alia.

De Coloniis, cum luculenta acceſſione.

Godeſchalci Stewechii & *Franciſci Modii*, Commentaria & Notæ in *Vegetium* & *Frontinum* de Re Militari.

In Nomenclatore eorum, qui libris manuſcriptis aliâve quâ operâ ad hanc *Vegetii Frontinique* caſtigationem & editionem *Hygini Scriverio*, auxilio fuere, Sixti Arcerii (cujus hæc eſt Epiſtola) & Joannis ejus Patris nomina reperio.

EPI-

EPISTOLA VIII.

Clariſſimo Præſtantiſſimoque

VIRO

Dn. PETRO SCRIVERIO

Philologo & Poëtæ non è multis, ut & amico.

S. P.

Lugdunum Batavorum.

Jamdudum aberant Francfurto mercatores, cum tuas recepi, mi Scriveri, unde ignoſces ſi nunc demum eis reſpondeam. De *Martiale*, quod ſcribis facile credo, differri nimirum, quod graviora habeas præ manu, quibus nihil debeat prævorti. Et *Vegetium Militareſque* te aggreſſum laudo. Idem mihi erat propoſitum, ſed alio fine, pertexueram tantum commentarios politicos, quos ſuo tempore vobis non invidebo, nam nunc ſane non ſum meus. Lectio una mihi eſt

quotidie publica, altera privata, quam impendo Palatino Principi Bipontino. Deinde duas horas in diem confert cura Bibliothecæ, reliquas omnes impendo ſcriptioni Litterarum, aut colloquiis ſupervenientium amicorum. adeo ut multa mea, quæ adfeceram, non modo nequeam abſolvere, at ne quidem deſcribere. De Modii notis, vellem ut velles. Sed exſtant tantum in libraria Principis, putarem Coloniâ peti poſſe ubi editæ fuerunt. Billerbekio inſto aſſiduè, nec quicquam proficio, præ ſe tulit ſub nundinas vernas finem impoſiturum Vegetio & Frontino: ſed nec dum ſua deduxit ad exitum: ita homines hi omnes nihil volunt, quam quod ſit de pane lucrando. Agrimenſorum codex noſter nihil habet, quam quod jam exſtat in editis præter paucula, quæ dudum communicavit Nanſio Freherus noſter, tuque jam habes ab heredibus ipſius. Palthenianorum negligentiam juxta tecum deteſtor. Sed quid faciam? non fui Francofurti toto iſto anno. & Epiſtolas meas ita ſpernunt, ut ne verbum quidem re-

reponant. Quin cum jam debuiſſent edidiſſe Salluſtium & Tacitum capitibus, ſive paragraphi ſunt, aut verſiculi, diſtinctum, uterque quidem abſolutus eſt præter tria folia poſtrema; quæ noluit prælo ſubdere Palthenius, ut vindicaret ſe de Rhodio, quicum illi lis hereditatis dividundæ. Sic ego miſer plector, ob tam bene compoſitum par. Vidi nuper in Seneca Lipſii tuum de *turturillis*; & lætor te mecum conſpirare. nam & me eadem dudum communicaſſe Schotto, fidem fecerunt ejus ad Senecam notæ, ante biennium excuſæ à Commelinianis in Fol. ubi etiam me laudat. Hoc dictum volui, ut ſi aliquando comparuerit in ſuſpicionibus meis illa nota,ne putes me tibi præripuiſſe dolo malo. Suſpicionibus [1] dico, quas jam nunc quales quales extrudere cogar, cum videam Goldaſtos ita conſpurcare ſtercore ſuo & interpolare ſcripta aliorum viventium. quid enim non fecerint iidem hominibus mortuis? Hæc habebam obiter ad tuas. ſi quid me velis fac ſciam per D. Bornitium, qui nunc agit Amſterdami, & frequenter mecum loqui-

 tur

tur per Litteras. Heidelbergæ Die VII. Junii 1606.

T. J. GRUTERUS.

Mittam Varias Lectiones, ſimulatque ultimam eis manum impoſuerit Billerbekius.

1 Promiſerat ille viginti quinque *Suſpicionum* libellos, quorum novem anno 1591. *Witteberga* in 8vo. edidit, quos ex Auctoris Codice & Autographo deſcriptos fere altero tanto auctiores, *Bibliothecæ* meæ *Criticæ*, cujus primum Tomum editioni paratum, proxima æſtate (Deo volente) prælo committere conſtitui, inſeram; itaque reliquos ineditos Suſpicionum Libros Gruterus hic reſpexiſſe videtur.

EPISTOLA IX.

Doctiſſimo Viro

D. PETRO SCRIVERIO

NIC. VASSANIUS PITHOEANUS

S.

Lugd. Batavorum.

Nec tu mihi, Vir Humaniſſime, hoc tempore inſalutatus abibis: tu quippe & inter

inter illos es quos iſthic ſummo amore ſtudioque colo, nec unquam hac in parte animo ſatisfecerim meo, quin vobis id palam ſcripto teſtatum faciam, ſiquidem re ipſa nequeo. Dicam ego cum Plinio meo, me omnes, qui aliquid in ſtudiis literiſque præſtant, venerari mirarique; ac licet nec per ætatem, nec per inſcitiam quidquam attentare valeam, vos tamen omnes quibus, Muſis bene faventibus, litteras operâ veſtrâ juvare felicibus datum eſt ſucceſſibus, laude etiam atque immortalitate dignos exiſtimo. Res difficilis quippe, ardua ac faſtidioſa, hoc præſertim ſeculo, quo ingenia quamplurima carpendis ac ſubſannandis aliorum laboribus nata nil niſi quod ipſi fecerint laudant atque probant, Iſtud ex amore meo erga litteras ſcribo, & ex indignatione quam mihi pariunt feri iſti atque hirſuti cenſores: abſit ut quod ipſe præſtare nequeo ideo carpam aut negligam; verum quamdiu auditor lectorque tantum fuero, mirabor atque colam. Aliqua mihi quærenda fuit ſcribendi materies, aliàs ſiluiſſem, atque eam quidem quæ prima ad

acumen pennæ venit, arripui. Tu boni conſules, & quod ex animo candido ſubito exaravi amice velim accipias: ſcio etenim te & litteras amare plurimum, & eas juviſſe multum hactenus, porroque juvare poſſe. Si videbitur, proxime amoris tui erga nos teſtes, exſpectabimus. Ego cum fratre, officioſiſſimam tibi ſalutem ab optimo Deo precamur. Genevæ Prid. Eid. Martias cIↃ IↃc VII.

EPISTOLA X.

Viro Doctiſſimo

PETRO SCRIVERIO

GOTHOFREDUS JUNGERMANUS.

S. P. D.

Lugdunum Batavorum.

Quod ultimis tuis non ſtatim reſpondi, noli ægre ferre, Vir Clariſſime, cauſſas breviter reddam, & de Arceriano opere addam:

dam. Commodùm tuæ mihi reddebantur, quum in cymbam deſcendere deberem, pridie Paſchatis. Nec mihi vacabat tum compellare Claud. Marnium, de hoc negotio, cui ne ipſi quidem, ut in nundinalibus occupationibus ſolet, vacaret me audire. Abitus vero mihi præcipitandus erat, niſi mallem non tuto ire. Neſcio enim quæ lites exortæ inter Comitem noſtrum Hanovium, & Electorem Moguntinum, qui publicam noſtram onerariam, quæ quotidie ultro citroque commeat, concidi & diſſipari curavit; adeo ut ipſi hic vim, male clauſa & munita adhuc nova urbe, hoſtilem vereremur, & per hebdomada unam alteramve parum commercii inter noſtros, & Francofurtenſes, ubi Marnius Typographii hujus dominus, eſſe potuerit. Miſi tandem ipſi tuas, utque reſcriberet de animi ſui ſententia rogavi. Reſponſum tuli, ſe velle opus ipſum videre, utque abſolvatur & plene adornatum ad nos in nundinis mittatur. Damno enim ſe ſuo edoctum ſæpius, ne amplius conditionem accipiat, niſi opere toto abſoluto. Et ſic eſt.

Si itaque S. Arcerius veſter (quem ἀγνώριστος licet ſaluto humaniter, ipſiuſque familiaritatem mihi exopto, ſi hominem tenuem non ſpernat) opus ex præſcripto ſuo, quod nobis exhibuiſti, omni ex parte perficiat, & huc mittat; & ego protelo ero non tantùm ut edatur (quantum quidem ego potero) ſed & ut quoque correctiſſime edatur dabo operam diligentem. Hoc tamen vos velim ſcire quoque Marnium vix quid daturum amplius, niſi ad ſummum vigena exemplaria: quum nimia mole librorum, quæ jacet, nec divenditur, reddatur meticuloſior, videatque tardiſſime ejuſmodi libros diſtrahi: imò dehoneſtamenta quædam ſunt jam typographiæ, quæ in ipſius perniciem conjurarunt, illeque vix librum Græco-Latinum multis edit ſumptibus, quum illi eundem compendioſius Latine tantum recudant, ipſumque cogunt pati jacturam. Sed vidiſtine Heraldi Animadverſiones contra [1] Arcerium? Et vidiſti indubie, liber enim jam aliquot ante annos eſt editus. Nec videntur illæ ita vanæ, nec ineruditæ certe. Quid tibi tamen

videtur? & quid Sixto veſtro? Et hoc addo, Cl. Rittershuſium ad me nuper inter alia ſcripſiſſe, ſe habere librum Græcum MS. Malchi de vita Pythagoræ, ſimilem Jamblichi, ſeque illum cum interpretatione ſua [2] publicaturum, ſi non alibi forte jam ſit editus. Addit initium libri & finem. Sed litteras ipſius jam invenire nequeo, aliàs deſcriberem & iſta. Et hoc, me poſſe à magno amico illam Nicomachi Arithmeticam manu optima emendatam & notatam habere. Plura addere occupationum mearum moles jam prohibet. Vale atque ſalve, eximie amice, & in Martiale ſpem noſtram cave ſis fallas diutius, ut & in Animadverſionibus ad Vegetium. Raptim Hanoviæ, in Wecheliano. cIↄ Iↄc vII. ipſis Kal. MaI.

Clariſſ. Heinſium, & Grotium, de quo diu nil cognovimus, ſaluto officioſe.

1 Ediderat anno 1598. in 8vo. *Joannes Arcerius Theodoretus Jamblichum*, *De vita Pythagoræ*, cum verſione ſua & Notis. Anno vero ſequenti 1599. *Pariſiis* itidem in 8vo. prodierunt *Deſiderii Heraldi Adverſariorum* libri duo, quibus adjunctus erat ejuſdem *Animadverſionum in librum Jambli-* *chi*

chi de Vita Pythagoræ nuper (ſunt ipſa Tituli verba) *primum editum liber unus.*

2 *Vitam* illam *Pythagoræ* à *Malcho* ſive *Porphyrio*, ſcriptam *Altorfii* 1610. edidit *Conradus Rittershuſius*; ubi hæc, teſte *Valerio Andrea*, de *Arcerii* ſupra citata *Verſione Jamblichi*, & *Notis* cenſura exſtat: *Majorem laudem promeriturus* Arcerius *erat, ſi & ab emendationibus plerumque temerariis, & à Latina Interpretatione abſtinuiſſet manum: ac potius omnino talem exhibuiſſet* Jamblichum, *quantumvis corruptum, qualem in MScr. invenerat, cuilibet liberam relinquens correctionem.*

INSI-

INSIGNIUM VIRORUM

EPISTOLARUM SELECTARUM,

hactenus ineditarum,

DECAS III.

EPISTOLA I.

VIRO CLARISSIMO

PETRO SCRIVERIO.

S. P.

Lugdunum.

Sic eſt, doctiſſime & amiciſſime Scriveri, non libenter interpellare ſoleo amicos præcipue inconditis meis litteris, nunc autem cum neceſſitas Reip. aliquo modo urgeat, non potui ſuperſedere, quin te paucis interpellarem, proque noſtra ami-

amicitia rogarem, aliquid opellæ ſumere ne pigeat, ut mihi rem gratam, Reip. noſtræ commodam, & communi rei litterariæ utilem facias, atque de Conrectore ſcholæ veſtræ Leidanæ, homine, ut intelligimus cælibe Groninga oriundo, Mri. Gerardi Organiſtæ filio, docto, probo & pio diſcas, anne operam ſuam noſtræ Scholæ honeſtis conditionibus intra paucos dies addicere poſſit & velit. Numerabuntur illi ſupra quingentos aureos, & ultra, annui, ſi cum D. Henrico Sconenbergio Conrectorem agere cupiat. Vacat apud nos locus, & quæritur vir talis; quare vide quid tua Suada valeat, an mihi, noſtræ Reipublicæ, Muſis commodare queat. Cogita an cum illo agere poſſis, ut quam citiſſime ad nos excurrat, & de tota re præſens cum præſentibus agat; aut ſi iſtinc diſcedere non cogitet quamprimum aperte & ingenue tibi indicet, tuque nobis per quemvis nuncium mercatorium ſive Groninganum ſive Emdanum, cui per nautas Leidanos litteras mittere potes, Amſterodamo quam celerrime ſignifices. Pendet enim diſciplina noſtræ

Digitized by Google

ſtræ Scholæ, pendent animi multorum, non ſine incommodo multo, magnoque. Sed quid ſi ipſe cum viro optimo ad nos excurras, noſtramque novam Stoam, [1] Academiamve viſas, meque tua præſentia bees, noſtrasque ædes cohoneſtes? Invenies hic forte quid rari, quid cari. Sunt enim præſentes jam tres Profeſſores, ſinguli duplicem Profeſſionem profeſſuri. Sunt auditoria parata, omnia inaugurationi deſtinata, præter tempus. Quare veni, vide, & ſi placet vince (non Vincentium, ut in Batavia tua) Allewinnum ſive Pancratium tuum, atque ſic pancratice ſemper vive, valeaſque. Raptim. Ultim. Maji. Anno 1614. ſt. v.

Tibi addictiſſimus

P. Castricomius.

1 Groninganam, hoc anno inſtitutam, innuit.

EPI-

EPISTOLA II.

VIRO CLARISSIMO

PETRO SCRIVERIO.

S. P.

Lugdunum Batavorum.

Voluiſſem & debuiſſem forte jam ante, Doctiſſime D. Scriveri, gratiſſimis & amiciſſimis tuis reſpondere, niſi D. Jacobus Hovius vivus internuncius omnibus litteris melior viſus fuiſſet. Qui autem, poſtquam hinc ante quatuordecim dies abierit, nec quicquam, etiam inſtantiſſime à me, Emmioque noſtro rogatus hactenus reſcripſerit, non potuimus non multum mirari, hominiſque diligentiam deſiderare; maxime cum omnino ſciat quibus conditionibus hic omnia acta, tandemque tranſacta ſint, ut, nempe, ſe quam citiſſimè hic ſiſteret, aut quid moræ eſſet, quamprimum reſcriberet, quorum prius etiamſi omnes boni quam maxime ex-

ſpectant,

pectant, tum poſterius nemo non omnino deſiderat. Rogo te ergo, pro iſta antiqua diligentique fide qua plurimum polles floreſque, nos quam potes citiſſime quomodo ſeſe res habeat certiores facias, eſt enim certo non parvum periculum in mora. cui ut obviare velis rogat noſtra te tota Schola, rogat univerſa litteratorum cohors. Porro ut quid novi renunciem, contra illinc quæ adferuntur mala ſtatutum [1] eſt heri inaugurationem Illuſtris noſtræ Scholæ in feſtum [2] Bartholomæi faciendam, quæ ut major celebriorque fieri poſſet, ſcribitur ad D. [3] Tiardam, ut tranſigat cum D. Pynackero [4] ad nos adducendo; qua in re ſi quid potes, rogo etiam amice juves, maxime ſi queat præſentia ſua nos iſto tempore beare; atque interim ne negligas cum Hovio nos propediem viſere. Hiſce vale, meque ut ſoles amare pergito. Salutat te quam officioſiſſime D. Emmius, communis noſter amicus. Raptim die VIII. Julii anno Chriſti CIↃ IↃC XIV. ſtil. com.

Tuus quantus ſuus

P. CASTRICOMIUS.

 1 *Sta-*

1. *Statutum* hoc exſtat in Natalium Academiæ Groningana Hiſtoria, præfixa Profeſſorum, ejuſdem Academiæ, Effigiebus & Vitis, Groningæ anno 1654. in Fol. editis.

2 Imò in 23. diem Menſis Auguſti, quo die *Pancratius* hic *Caſtricomius* civitatis Groninganæ Syndicus *totius Provinciæ nomine* ex Cathedra, *facundè laudato Academiarum inſtituto*, *ac Dominorum* Ordinum *conſilio commemorato & commendato*, *cum gratia peroravit.*

3 *Eizo Tiarda*, Senator Oppidanus, anno 1613. Octovir erigendæ, conſtituendæque Academiæ, 1616. & 1617. ejuſdem Academiæ Curator fuit Ordinarius.

4 Cum *Ubbone Emmio* die 15. Septembris an 1613. cum *Nicolao Mulerio* 23. Martio, cum *Joanne Epino Hunninga* 14. Maji, cum *Hermanno Ravenſpergio* 28. Maji, cum *Guilielmo Macdowello* & *Cornelio Pynackero* paulo poſt de munere tranſactum eſt.

EPISTOLA III.

PETRUS SCRIVERIUS
JOH. LYDIO
SUO.

S.

Bene cecidit, Lydi cariſſime, quod meum, quale quale fuit, epiſtoliolum in ſumma feſtinatione ſcriptum, tam amicam, tamque copioſam epiſtolam abs te extudit, qua veterem tuum in nos animum affectumque

que declaras. & hercle non ſine voluptate agnoſco & exoſculor. Sed reverendi patris tui Apologia pro Eraſmo cum penes te ſit; juſtam ſane cauſam non video, quare nolis, quod vix opinabar, aut non poſſis eam nobis communicare. Cæterum gratiam habeo, quod comiter monſtres viam, quâ ſine ullo incommodo tuo, ut graviſſimi fratris, tui ſupercilio an ſtomacho? ea frui poſſim. Vita illa maximi viri, à Merula p: m: olim publicata, & quam apud arcis Woerdanæ gubernatorem vidiſſe te ſignificas, eccillam: ut annotes, ſcilicet, differentiam editionis Colonienſis. Quam opellam tute ipſe mihi, pro antiqua tua diligentia ac amore ſingulari, in communes muſas, ultro offers & oblatam lætus arripio; ut & epiſtolarum Eraſmianarum ſilvam, excuſam ſeorſim a Frobenio, quæ in magno volumine ab eodem editæ non inveniantur. Eas equidem vidiſſe me non memini, niſi forte innuas codicem in folio mediocri Baſileæ apud Frobenium anno MDXXI, impreſſum hoc titulo: *Epiſtolæ D. Eraſmi Rott. ad diverſos, & aliquot alio-*

 rum

rum ad illum, per amicos eruditos ex ingentibus faſciculis ſchedarum collectæ. Atque omnes hujus editionis epiſtolas puto exſtare in volumine, annis aliquot poſt in eadem officina excuſo, & duplo triplove aucto. Omiſſas aliquas adhuc dum deprehendere non potui. Sed obiter tantum & in paucis foliis contuli. Si tuus codex ab hoc meo diverſus ſit, velim eum prima occaſione tramittas, bona fide tibi, ubi uſus fuero, reſtituendum. Eſt etiam penes me liber epiſtolarum familiarium Eraſmi, in octava quam vocant formâ, opus novum & recens (ut titulus præfert) editum Antverpiæ Anno MDXLV. apud Joannem Crinitum. huic editioni præfixum aliquid de Eraſmi obitu: aitque auctor inter alia, quod miror, non conſtare de anno, quo natus ſit apud Batavos Eraſmus: quum addat eum annum ſeptuageſimum expleſſe. Miratus quoque ſum te ſcribere vitam illam ex Werchmanni autographo, meoque apographo veteri (manu Pulmanni) typis apud nos hic ſuperioribus annis deſcriptam, editam olim Coloniæ & præfixam colloquiis fuiſſe.

Hanc

Hanc *reperiſti, ut addis*, in paucis differre. Quales quales eæ lectiones futuræ ſint; non gravaberis in margine horum foliorum annotare, & me iſtius gratiſſimæ opellæ tuæ *ut & epiſtolarum ſupra ſcriptarum, participem facere*. Si viciſſim ſtudiis tuis prodeſſe poſſum, mone & ſignifica tribus verbis, longis enim ambagibus rogandus non ſum, quod vellem te certo ſcire. &c. Hæc colloquia quo anno edita ſint, velim etiam adſcribas, ſi tibi conſtet.

Nov. 10. *Ao.* 1614.

EPISTOLA IV.

PETRUS SCRIVERIUS

JOHANNI LYDIO

SUO.

S.

Differentias vitæ Eraſmi, quanquam haud magnæ rei, vidi hodie, mi Lydi, & contuli libenter. Magis deſiderium meum

 exple-

expleviſſent Epiſtolæ Eraſmi, quarum meminiſti; tam illas dico in folio minori, quam quæ in octavo editæ ſunt, una cum libro de puritate tabernaculi; quarum has nunquam vidi, quod recordor, illarum liber longe diverſus eſt a meo, nec dubita, ut qui undecim annis poſt impreſſus, multo plures, & diverſas epiſtolas complectitur, quantum mihi perſuadeo. Licet ſubverear, eas fere omnes in magno volumine Epiſtolarum comparere. Sane illa ad Bonif. Amorbachium, *Næ tu* μάλα ὑπερβολικῶς, legitur lib. XXIV. fol. 942. Et quæ Balivo Lutetiæ Regio ſcripta, *Jacobus Omphalius* &c. exſtat lib. XXVII. fol. 1064. ut & eodem lib. fol. 1102. epiſtola Regis Henrici ad Eraſmum, qua quod exiſtimes Regem loqui de ſpoliatione Eraſmi in littore Dovarienſi, nondum mihi liquere pronuncio. Hoc quare tibi ſic videatur, velim me doceas. Verba illa: *iniquo plane animo tulimus quod tuæ fortunæ iniquitate &c. impiiſſimos . . . . aliquot homines & Chriſtianæ religionis hoſtes infenſiſſimos, ita miris artibus tuæ vitæ inſidiari ut nuſ-*

nuſquam pæne tuto ab illis eſſe liceat tibi; videntur fortaſſis tibi iſthuc ire; non eunt, aut ego prorſus animi fallor. Alia res eſt vitæ inſidiari, alia nummis ſpoliari. Sed quid ego hanc hallucinationem tuam pluribus exagito? Redeamus in viam. Epiſtola, quam ſecundam libri tui eſſe dicis, Jacobo Sasboto inſcriptam, hactenus diligentiam meam fugit, nec eam uſpiam in *meis codicibus* invenio. Quare gratiſſimus mihi erit tuus iſte liber: cui comitem addere memento tractatum de puritate tabernaculi. Utrumque bona fide, ſtatim ubi uſus fuero, poſſeſſori Lydio reſtituam. De Apologia pro Eraſmo, perplacet mihi conſilium tuum. Hoc ſi præſtiteris, ſine ulla tergiverſatione aut mora, virum te putabo; Lydiumque eo nomine ſummis laudibus evehere nunquam deſinam, & ardentius, ſi quid flagrantiſſimo amori noſtro accedere poteſt, te amabo, mi Domine; amoque vel ſola pollicitatione. Tantum abeſt nunc, ut fratrem tuum in te concitare velim. At vero ne quid diſſimulem, ſuperioribus diebus hic mihi ab amico quopiam

 Apo-

Apologia illa Rev. patris tui p. m. mihi exhibita eſt. Nec edetur, quoniam video te in eo jam eſſe. Sed ut ſtes promiſſis etiam atque etiam vide, mi Lydi. Sed heus! nullæne apud te litteræ Baudii? &c. prid. Kal. Decemb. 1614.

EPISTOLA V.

CLARISSIMO DOMINO

PETRO SCRIVERIO

Amico ſuo plurimum colendo.

S. P.

Clariſſime & Præſtantiſſ. Vir, amice colende, poſtremas tuas, quas Clariſſ. D. Pinackerus noſter attulit, cum adjunctis chartis recte accepi die 26. Januarii Juliani. Accepi quoque faſcem miſſum per Juvenem Delphenſem Petrum Petri. Gratiam habeo tibi maximam: utinam etiam referre poſſem. Quæ a me delineata eſt Chorographia Friſiæ, ea

ea tantum ad Friſiam Orientalem patriam meam pertinet. Quam vellem reliquas Friſiæ partes eadem diligentia & accuratione eſſe deſcriptas. Maxime laboramus de media hac parte Groningana. Videbimus quid præſtare poſſimus. Monui ante annos aliquot, & ſæpius poſt, magiſtratum noſtrum: ſed accidit hic, quod ſolet plerumque accidere. Quod multi pariter curant, omnes pariter negligunt. Quanquam culpa major ejus eſt, cui id in mandatis à magiſtratu datum eſt, quam ipſius magiſtratus. Sum in indice conficiendo. Plura addere jam non poſſum, cum ob feſtinationem, tum ob læſos aut aduſtos frigore digitos manus dextræ, per quos ægerrime poſſum ſcribere. Vale. Valde feſtinanter. ultimo Januarii 1615.

T. P. Obſervantiſſ.

UBBO EMMIUS.

EPISTOLA VI.

JACOBUS HOVIUS SCRIVERIO SUO.

S. P. D.

Lugdunum Batavorum.

VIR SUMME.

Subita hujus diſcipuli mei ad vos profectio non patitur longiores exarare litteras, eaque ſcribere, quorum fortaſſis deſiderio flagras, quæ videlicet concernunt novellam noſtram hanc [1] *Academiam* : hoc tamen accipe; D. Ubbonem, Pynackerum, D. Caſtricom optime valere. & præcedente ſeptimana nomina Studioſorum in album, ſive matriculam Academiæ relata eſſe, eaque [2] numero circiter 80. Cætera per D. Pynakerum, qui poſt dies paucos ad vos profecturus eſt, ut Junonem ſuam huc deducat. Mitto tibi donum terræ noſtræ, duo videlicet paria perdicum

dicum. Dices officioſiſſimam ſalutem, ſi placet, lectiſſimæ tuæ conjugi & patri ejus, viro optimo: viris clariſſimis D. Heinſio, D. Polyandro & Meurſio. Groningæ, ſtante & exſpectante tabellario hoc. XXII Martii 1615. ſtylo noſtro.

Tuus ut noſti

JACOBUS HOVIUS.

1 *Groninganam* intelligit, anni præcedenis 23. die Auguſti, ut jam ſupra ad Epiſtolam II. monuimus, inauguratam.

2 Ea de re, in *Natalibus* hujus *Academiæ*, ab *Ubbone Emmio*, primo ejuſdem Academiæ Rectore, ſtilo conſignatis & deſcriptis, hæc leguntur: *ex decreto Senatus Academici, à Rectore per publicum πρόγραμμα moniti ac juſſi ſunt ſtudioſi omnes, qui accenſeri Academiæ huic cuperent, ut die* XIII. *&* XIV. *Martii, tempore pomeridiano ab hora* II. *in* IV. *alii poſt alios in Curia Academiæ ſe ſiſterent Rectori, & nomina ſua apud eum profiterentur. Eique programmati mos geſtus, atque ita die primo huic rei conſtituto ſtudioſi* XXVII. *porroque ſequentibus diebus ſubinde alii aliique plures, nomina ſua Academiæ novæ dedere.* Hæc *Emmius*. *Hovius* vero in hac Epiſtola prima hebdomade 80 circiter ſtudioſos nomina ſua profeſſos fuiſſe docet.

EPI-

EPISTOLA VII.

Doctrina & virtute præſtantiſſimo

DOMINO

PETRO SCRIVERIO

Poëtæ & Hiſtorico eximio,

Amico ſuo colendo.

S. P.

Poſt ſcriptas litteras & ſignatas, quas per ampliſſimum & clariſſimum virum D. *Eitzonem Tiardam* ad te miſi, vir præſtantiſſime atque eruditiſſime, eidem D. *Tiardæ* tres libros dedi manuſcriptos ad te perferendos de rebus Friſicis: quorum duo membranei, tertius chartaceus: quos jam tibi traditos ſpero. Alter in membranis minoribus characteribus exaratus à rep. hac noſtra meæ fidei commendatus eſt, ut eo uterer, cum verſarer in ſcribenda iſtius temporis hiſtoria. Rogo ut ejus diligentem curam habeas, ut tuto

tuto & ſine vitio ad me redeat, reip. reſtituendus. Nihil vidi in rebus noſtratibus ejus generis antiquioris. Loquor de Manuſcriptis Originalibus. Alter vetuſtas leges Friſicas idiomate Friſico antiquo, & Latino ſcriptas habet, cum appendice. Tertius, qui chartaceus Worporianam Hiſtoriam continet. Rogo boni conſulas. Ad nuper propoſitum in litterarum calce reſponſum exſpecto. Vale, clariſſime & præſtantiſſ. Domine, & me in tuorum numero, qui te colunt, habe. Raptim ipſis Kal. Maji Juliani anno 1615. Groningæ.

P. T. Obſervantiſſ.

Ubbo Emmius.

EPI-

EPISTOLA VIII.

JACOBUS HOVIUS PETRO SCRIVERIO SUO.

S. P. D.

Vir ſumme & Mecænas optime.

Fulmine me petiiſti, ſtuporem omnibus artubus meis induxiſti, dum litteras tuas per D. Elſevirium ipſo pridiano Nativitatis Dominicæ oblatas inſpexi; ubi vero eas perlegi, & verba, aut potius tonitrua juſtæ tuæ increpationis perſenſi, fere exanimis concidi. Quod enim ingrati & oblivioſi in te animi me inſimulas, à te, cui & animam (ſi velis) debeo, æquius fero, ab alio mihi oggeſtum iniquius perpeſſurus, & ægrius concocturus. Quid enim pejus & intolerabilius homine ingrato? à quo ego vitio (laus Superis) tantum abſum, quantum à nullo alio, non

non enim, niſi cum ſtomacho & bile vel mentionem ingrati animi injectam ferre queo: at, inquis, quid tanto temporis ſpatio nihil litterarum ad me dediſti? Deum immortalem! qui ne menſem quidem elabi paſſus ſum, quin vel aliquas, quantumvis interdum breviores, ad te litteras grati & memoris beneficiorum animi mei interpretes miſi; rariores, imo nullas dediſſe dicar! Teſtis mihi erit hujuſce rei Vir Ampliſſimus & communis amicus noſter Caſtricomius, apud quem ſæpiſſime quærelas depoſui de tardis aut potius nullis tuis ad litteras meas reſponſoriis . . . . Res noſtræ Academiæ jam paululum turbatæ, cum ob ſtudioſorum in Dominos Profeſſores contumaciam, tum ob mutuas inter ſeſe ſtudioſorum pugnas & duella, cui tamen malo jam remedium paratum video; vale, vir ſumme & Mecænas unice, ſimulque ſalutem officioſiſſimam dicas lectiſſimæ Dominæ conjugi, ejuſque parenti ſeni venerando & optimo, viris ornatiſſimis Domino Heinſio, Domino Polyandro, Domino Meurſio, &, ſi opportunum tibi fuerit, viro ampliſſimo Domino Tiar-

Tiardæ, ad quem quoque poſt diem unum aut alterum litteras purgatorias dabo. Iterum vale, & Deus Opt: Max: te diu mihi tuiſque & Reipub. litterariæ ſervet incolumem. Groningæ ex Muſeo meo. Ipſis Kalendis Januariis, ſtylo Gregoriano 1616.

EPISTOLA IX.

Clariſſimo & Præſtantiſſimo Viro,

Hiſtorico & Poëtæ eximio,

DOMINO

PETRO SCRIVERIO

Amico ſuo ſummopere colendo.

S. P.

Heri litteras accepi à D. Jano Grutero, quæ diu hæſere in itinere. Iis incluſum erat epigramma in eum finem ab ipſo ſcriptum, ut præfigeretur operi Hiſtorico noſtro. Id enim ſe cupere Gruterus jam ante ſignifi-

ſignificaverat. Sed vereor nimis ſero veniſſe epigramma. Mitto tamen jam cum litteris meis ad Dn. Elzevirium. Is faciet, quod commoda ſua ferre poſſe putabit. Si excudat, mihi rem faciet valde gratam non aliam ob cauſam, niſi ut hinc publice notum fiat, in numero amicorum ſuorum Cl. Gruterum me quoque habere. Erit vero id mihi adhuc gratius, ſi tu etiam non gravatus fueris aliquid Gruteriano huic addere, ob eandem omnino cauſam. Laudari in me nihil cupio præter ſtudium veri, quod præcipue in toto hoc labore commendatum mihi habui. Reliqua averſor, magis quam deſidero. Chorographicas chartas neglectas eſſe ab Elzevirio, & picturis urbium poſthabitas etiam nunc & doleo & queror. Harum enim nulla utilitas, illarum maxima. Hæ ornatum aliquem, ſed inanem, illæ uſum non temnendum præſtare poſſunt. Maxime vero indignor, Chorographicam tabulam Friſiæ inter Flevum & Lavicam eſſe omiſſam, cujus copiam ſcalptor habere paratam ab initio potuit. Exſtat enim in opere Coſmographi-

co Mercatoris, & paſſim proſtat. Idque exemplum ego mature & indicavi & commendavi Dno. Elzevirio. De aliis ſileo. Nec tempus addere plura ſinit. Tantum, rogo, ut dolori meo, & libertati qua uſus proximis in litteris ſum, & nunc quoque utor, pro humanitate tua ſolita ignoſcas. Vale, & officioſe Dominum Heinſium virum maximum, & Feſtum Hommium & Joan. Meurſium, alioſque, amicos ex me ſaluta. Feſtinantiſſime. Prid. Calend. Aug. Juliani, anno 1616. Gron.

A. T. Obſervantiſſimus

UBBO EMMIUS.

IN HISTORIAM FRISIÆ
VIRI CLARISSIMI
UBBONIS EMMII.

QUISQUE hodie Hiſtoriæ numeros impleſſe putatur,
Qui de re quavis dicere plura poteſt:
Quive adeo fumos aut ſomnia vendere doctus,
Stem-

Stemmata cujuſvis continuare poteſt ;
Fabellaſque gravi jacere ac miracula pompâ ,
Qua pueri expaveant fæmineumque genus.
Paucis culta fides , paucis reverentia vera eſt ,
Nemo at Mnemoſynen demeruiſſe ſitit ;
Mnemoſynen , monumenta ſuis quæ ſola receptat
Illa tholis , Vanum unde exſulat , unde Nothum.
Non tulit id Phæbus proleſque novena Monetæ ,
Corque tibi thyrſo terque quaterque ferit
UBBO EMMI. *hinc Friſicæ ſurgunt geſta omnia gentis ;*
Picta Minerva ſuo quæ velit eſſe peplo ;
Quæque Cupidineæ aurato mucrone ſagittæ ,
In tabulis ſcribat Gratia terna cedri :
Moxque , Honor ac Virtus templo deponat avito ,
Heic aras ubi habet Anna Perenna ſuas :
Quotidie quibus Hora roſas , quibus Hebe amaranthos
Sufficit ; at nectar ambroſiámque Venus
Macte , EMMI , *hac curâ , macte hoc opere ;*
UBBO *perennis* G 2 *Hi-*

Hiſtoriæ tu Dux, tu Coryphæus eris.
Quamque tibi magis Invidia atque Inſcitia dentes
Oſtendit, annos hoc magis ipſe feres.
Perque omnem Europam vectus famæ allice penna,
Excipiere hominum dulce Deûmque decus.

JANUS GRUTERUS.

EPISTOLA X.

Clariſſimo ac Eruditiſſimo Viro

DOMINO

PETRO SCRIVERIO

Poëtæ & Hiſtorico Præſtantiſſimo,

Amico ſuo plurimum colendo.

S. P.

Vir Clariſſime & præſtantiſſime, amice colende, oro atque obteſtor te etiam atque etiam utCodicem ex membrana manuſcriptum, conti-

continentem hiſtorias aliquot rerum in hac potiſſimum provincia olim geſtarum, minuſculis characteribus ante trecentos annos exaratum, per D. Eitzonem Tiardam communem amicum noſtrum ad te à me miſſum, nunc per præſentem hunc Dominum Bernardum Theodoricum, Eccleſiaſten hujus Civitatis, qui epiſtolium hoc affert, & cui hac de re mandatum dedi, mihi remittas. Intereſt enim mea non parum, ut ita fiat. Nam codex non meus eſt, ſed reip. noſtræ, quæ nunc eum a me ſerio repoſcit. Feceris mihi rem longè gratiſſimam, pertinentem ad tuendam fidem meam. Reliqua etiam, quæ adhuc a me habes, rogo, ut Domino Bonaventuræ Elzevirio noſtro tradas, ut ille, cum erit commodum, cum chartis aliis ad me eadem remittat. Noſter D. Tiarda vitam inivit miſerrimam, totus mente motus, exemplo ſuo demonſtrans, quam ſit fragilis & incerta conditio noſtra. Mea valetudo adhuc tenuis eſt, cum ætate indies magis & magis deficiens, quotidieque me monens de colligendis ſarcinis, & manſione hac laborum

rum & ærumnarum plena relinquenda. Vale & me uti ſoles, in tuorum numero habe. Raptim Groningæ die 17. Maji Juliani, anno 1619.

P. T. Obſ.

UBBO EMMIUS.

INSI-

Digitized by Google

INSIGNIUM VIRORUM

EPISTOLARUM SELECTARUM,

hactenus ineditarum,

DECAS IV.

EPISTOLA I.

Clariſſimo & Eruditiſſimo Viro

DOMINO

JOANN. ISAACO PONTANO,

Medicinæ Doct. & Philoſoph. Profeſſori

Amico ſingulari

PETRUS SCRIVERIUS

S. P. D.

Heri Amſterodamum veni, cum ſpe & voto te iſthic futurum. Sed impedit, ut audio, propinqua conjugis tuæ partitudo. Dolet mihi unicè, tam carum caput abeſſe. Interim faventem

Digitized by Google

Lucinam, feliciaque omnia familiæ tuæ precor. Quæ Senecæ tuo deërant folia, hîc habes, & Collectanea mea Tragica cum Notis Voſſii. Diligentiſſimus vir, poſt meſſem uberem induſtriæ meæ & aliorum, non parvum ſpicilegium reliquit. Quare & opem tuam hîc imploro. Vide, & laceræ Antiquitatis oſſa mecum collige; quaque potes, juva. Emendationes tuas ſive divinatiunculas nobis aut publico non invidebis, ſcio. Has ſi conjectaneis meis inſeri velis, rogo ut tempori ſubmittas. Nam decretiſſimum mihi eſt, folium unum aut alterum palmariarum Emendationum [vitam Deus Opt: Max: concedat, & otium] intra menſem proximum extrudere. Hoc age. Videor etiam mihi ad Fragmenta Hiſtoricorum nonnulla obiter dicturus. Jocos ornatiſſimi tui collegæ Vernerii nondum excuſſi, velim Barlandum ſuum adjeciſſet. Nam abſque illo, quid, rogo, de editione ſtatuam?

Adjunxi his exemplar Epiſtolarum Baudianarum, quæ apud nos totâ Centuriâ auctiores, nuper prodierunt. Quidquid munuſcu-

li

li hoc eſt, boni ut conſulas etiam atque etiam rogo. Raptim Amſterodamo, inter turbas domeſticas. IV. Kalend. Octobris, cIↄ Iↄ cxx.

EPISTOLA II.

ARNOLDUS BUCHELLUS
PETRO SCRIVERIO.

Eerentfeſte, geleerde, voorſienige, ſeer diſcrete Heere ende Vrint;

t'Huys comende hebbe ick my meerder geoccupeert gevonden, als ick wel gemeent ofte verhoopt hadde, waer door het is toegecomen, dat deſe UL. laeter overgeſonden wert, daer by gevoegt Cent. 1. Epiſtolarum Lipſii in 16, *ende twee* quaterniones Epiſtolarum ejuſdem Lipſii, in quibus 4 ad Douzas, 2 ad incertos, 42 ad Th. Canterum, 2 ad Lambertum vander Burchium Decanum, 1 ad Adrianum vander Burch Conſil. Gelriæ, 1 ad Baudium. *De eerſte met den ingeleyden* a manu Fr. Douzæ, *wilde ick wel*

dat my wederomme mochte ter handen comen, als weſende een ſtuck van meer andere, ad Douzas *ende ſommige* Caſauboni ad Canterum. *Den tweeden hebbe ick noch gecopieert, mach die daeromme wel miſſen, hier by is gevoecht apart een bladt met de twee brieven en ſegelen UE. belooft. Aengaende de M. S. duytſche Cronique, geteyckent mette hant vanden Deecken vander Burch te weſen* Becani, *meene dat den goeden Heer daer inne is geabuſeert geweeſt, dewijlen die in veelen is verſchillende met Becani tranſlatie, niet tegenſtaende eenige narrata daer mede over een comen, heeft eertijts H. Gerrit van Reneſſe toebehoort, ende is by ſijn ſoone H. Johan van Reneſſe aenden voorſz. Deecken geſchoncken, daer ſtaen eenige dingen het ſelve geſlacht betreffende wijtlopender vuytgedruct, als exempli gratia, de hiſtorie H. Johans van Reneſſe cum ſuis tempore Guidonis Epiſcopi Trajectenſis wert aldus vertelt*, Heer Jan van Reneſſe die wart van vrienden gewarſchout, t'Utrecht daer hi lach datten Joncheer Willem overvallen woude, ende tooch dairom

van

van Utrecht int Goy, om te Bueſinchem over die Lecke te trecken, ende mit gemake alſo wech te comen, ende meende veylich dair te weſen overmits dat die Heeren dair ontrent geſetten, al mit hem verbonden waren, ſonder alleen die Heere van Culemburch, die Jan van Bueſinchem geheten was, deſen wortet voor boot dat deſe Heer Jan van Reneſſe metten ſinen tote Bueſinchem over de Lecke comen ſoude, hier omme dede hi rechtevoert een clockſlach inden ſinen, ende quam aldus haeſtelic mit ſinen vrienden ende onderſaten, daer H. Jan van Reneſſe mit ſinen vrienden ſtont overgevaren op enen waert die in den Lecken dair lach, dair an die zide tot Culemburch waert een diepe kylle voor ginc, die de Heer van Culemburch over voer mit ſijnen volcke tot hem, ende worden dair vechtende opten waerdt, ende 't geluckede den H. van Culenburch dat hi die van Reneſſe ende de ſine verſloech, behalven dier verdrencten; dit geſchiede op onſer Vrouwen dach aſſumptio, in 't jaer 1304. *Dit narrè verſchilt van Beka, Heda, de Vulgare Cronijc-*

que

que ende bicans allen anderen, die geen mentie en maecken vanden H. van Culemburch, maer ſeggen dat hi in een cleine ſchuite overvarende, door de ſwaerte van wapenen metten ſinen verdranck. Dit boeck begint aldus: Een ongenoempt Clerc, geboren uten lagen landen bidere zee, die wt vrien ſinnen begerende is warachtige hiſtorie te beſchriven, wensket ſinen geduchten ende genaden Lantsheere Hertoge Willem van Beyeren, Palensgrave des Heyligen Roomſchen Rijcx &c. *Eyndigende met de navolgende woorden*: Ende dede den Jode openbaerlic inden crite ſeggen de valſche daet, daer namen doe de Bailiu en hincken an eenre galgen. *Doch hier mede deſen eyndigende ſal. UE. neffens mijne hertelicke groeteniſſe de beſcherminge des Almachtigen bevelen, met meeninge, ſoo het den ſelven belieft, na het hoochtijt breder te ſcriven, metter haeſt tot Utrecht den 25. Maert 1621. O. Stijl.*

UE. geaffectioneerde en dienſtwillighe

AERNT VAN BUCHELL.

EPI-

EPISTOLA III.

Clariſſimo Doctiſſimoque

VIRO

PETRO SCRIVERIO.

Amico meo non è multis.

Lugdunum Batavorum.

Priores Lipſii ad Douzas, Clariſſime Scriveri, non miſi, quod eas eſſe apud te nullus dubitarem. Sed cum & eas vos deſiderare intelligerem, en habe, ſunt autem ſi bene calculum poſui 38 numero; quibus in rem veſtram & litterariam uti, frui licebit, modo ad me redeant. Sunt inter eas breves quædam & non magni adeo momenti, ſed vos de iis ex judicii veſtri ſententia agere poteritis. Nec quicquam puto in iis latere, quod cujuſdam famam lædat, aut Nobiliſſimæ

mæ familiæ creare malum poſſit, pauci quidem tacite tanguntur ſed mihi ignoti; ceterum omnia percurrere integrum mihi nunc non fuit; veſtræ diſcretioni illa committo lubens. Notas ad Becam errantes, una cum meo exemplari, ſi quid forte rebus veſtris conducere poterint, meliori occaſione oblata, propediem ad te miſſurum me confido, & ſimul diſquiſitionem de origine inſigniorum familiarum quibus hodie utimur. Ego ante ferias Pentecoſtes Ultrajecto, niſi vis major aut caſus inexſpectatus coëgerit, diſceſſurus non ſum. Si quid interim, virorum integerrime, tui cauſa me facere poſſe putaveris, ne, pete, quæſo, ſed jube, paratiſſimum enim ad quæcunque amicitiæ obſequia inventurus in ære quippe tuo profundius immergor, quam ut facile enatare poſſim. Vale amicorum doctiſſime, & me ingenii tui admiratorem ſimul ac amatorem favore veſtro indignum judicare noli: nam licet ab ingenio adferre in ſymbolum nil poſſum, ab amore fortean ſupererit, quod vices ejus defectus ſupplebit. Trajecti in Batavis, calamo feſtinante

ſtinante xv. Kal. Maii. cIↄ Iↄ cxxi. ſtyli noſtri

T. ex animo

AR. BUCHELLIUS.

Gratum erit, ſi hanc adjunctam ſchedulam Profeſſori Lindershuſio tradi curaveris.

EPISTOLA IV.

PETRUS SCRIVERIUS

JOHANNI LYDIO.

S. P. D.

Lubet ex intervallo aliquot annorum, mi Lydi, te ad officium litterarium vocare & aurem vellere de Friſiæ Apoſtolis, ſeu de Doctoribus iis qui inferiorem Germaniam prima luce Euangelii, illuſtrarunt. Ante decennium pariter propter Eriſtica, proh dolor!

lor! ita vigebant & in pretio erant apud bibliopolas, ut bonis auctoribus & utilibus libris excudendis aut diſtrahendis locus vix eſſet. Nunc ceſſantibus & conquieſcentibus paulatim popularium odiis, ſanctorum memorias & acta quovis pretio quidam redimant. Quare Traditionum codicem, Ludgeriana illa omnia ex optimis & vetuſtiſſimis membranis, itemque Alfredum Anſcharium & cæteros ex altero MSto tuo, opitulante me, ſi voles, nunc denuo in publicam lucem emittere ut velis, etiam atque etiam te rogo. Laborem deſcribendi quæſo, ne detrecta. Aſininus certe non erit, & ſi ſit, non profecto cardui tibi parentur pro præmio. Meliora ominor, & ſane laudem haud pœnitendam ſpondeo. Quare hoc age, mi Lydi, & affecto operi ſummam manum, ac coronidem nunc tandem impone. Uno anno poſtquam ea moliebaris, prodiere Moguntiæ *Sydera* illuſtrium & ſanctorum virorum, qui Germaniam, præſertim magnam, olim geſtis rebus ornarunt, veterum MSS. & Chriſtophori Brouweri beneficio: edita typis Joan-

Joannis Albini. M. D. CXVI. Credo te vidiſſe: ſunt in iis, quæ apprime ad inſtitutum faciant, & concinnandis notis plurimum conducant. Eſt ibi, *S. Gregorii*, Ultrajectini Antiſtitis, vita, cum *S. Bonifacii* martyris & Archiepiſcopi actis, *de S. Ludgero* & aliis S. S. Omnia hæc ſtudia utraque manu amplectenda, ut hæc tempora fluunt, & mores ſunt, quis neget? & ad ingenuam animi oblectationem aptiſſima, & maxime digna, in queis ſe exerceant ingenia Deo conſecrata. Quid animi tui ſuper his ſit, aveo prima occaſione intelligere & ſcire an quid admonitionum mearum protelis effecerim, téque ex diuturno veterno excitarim. Quare velim ſtatim ad nos reſcribas, ſi qua eorum ſpes ſit. Quod hactenus ceſſatum eſt, id diligentiâ reſarciatur. Me quod attinet, placebo tibi, ſi me culpam emendare permiſeris. Non puto inhibitum tibi à Synodo iſtiusmodi vetera, & alicubi erroribus involuta, publici juris facere: quemadmodum olim interdictum memini, de edenda patris tui Rever. mem. Apologia pro Eraſmo: nunc

H de-

denuo * ejus vitam cum Epiſtolis aliquot publicamus. Eſtne quod me hic ineditis poſſis juvare ? Forſitan aliquot ſuperioribus annis nactus ſis. De Lipſii apud fratrem Epiſtolis quæ ſpes ? nunc mitiorem aliquanto factum auguror. Dic ei meo nomine ſalutem. Vale, raptiſſime. Lugd. Batav. inante diem extremum Maii cIↄ. Iↄc XXVI.

* Iterum edita eſt anno MDCXLII.

EPISTOLA V.

DOMINO
PETRO SCRIVERIO
AR. BUCHELLIUS.
S. P.

Bene ceſſit mea mihi temeritas, Scriveri amantiſſime, vel potius importunitas ejus qui unas ad te curavit; addam quam feliciter operata fuerit mea punctura (ita enim ludere placuit) quæ tam longam Epiſtolam à vobis extorſit, quod plures antea litteræ non potuerunt.

fuerunt. Sed ignoſce, mi Scriveri, ego amplector ingenium tuum; amo mores ſinceros & apertos, ſcis quod qui amant timent, etiam non timenda; ſcilicet,

Eſt res ſolliciti plena timoris amor.

Male me habent negotia tua, quæ te tam diu compeditum tenent, & vi quadam, ita ſentio, veluti avellunt à tam dilecto Muſarum choro; ita, inquam, vere ſentio, & paratus ſum emendare, ſi quid in eam rem inclementius dixi. Sed non quovis tempore etiam licent, aut conveniunt; haud pugno; vita enim hæc variarum rerum & ſæpe diverſarum atque etiam adverſarum mixtura eſt; non ad unum aut eundem ſemper limamus ſcopum, neque in Elyſiis hic campis vivimus: habent hereditates ſua negotia, habent res familiares; partem vitæ noſtræ patria ſibi poſtulat, cura nonnulla liberis impendenda eſt; at interim amici non omnino negligendi, his ſuum quoque jus eſt, quod nolentibus auferri non poteſt, neque debet. Sequuntur nos moleſtiæ noſtræ, ſat ſcio, nec eæ nos

deſerent, quamdiu vita aderit; experior & id ego, qui in ſummo otio, ut quidem aliis videtur, interdum ſum occupatiſſimus, & turbas quam maximè fugiens, obruor quandoque negotiorum multitudine. Verum ad *Amſtelios* veniamus de quibus in meis tetigi, nempe, tertium me inveniſſe *Giſelbertum*, eumque non perinde ſenem, ut annales faciunt, qui Velſianæ conjurationis particeps fuit: quod ſcedula adjuncta, ut ego arbitror, apertum erit, & in ſequentibus paucis inſuper explicavimus. Anno Chr. 1176. nominatur *Giſelbertus de Amſtelle*, & is forte idem cum Domino Giſelberto de Amſtelle milite qui vivebat Anno 1225. & quem primum ſtatuo *Giſelbertum*; tum vero juniorem *de Amſtel* militem, qui eodem anno 1225. eidem negotio, nempe, de limitibus apud Cortenhovios conſtituendis, adhibitus fuit, ſecundum facio, prioris fil. quod dubitationem vix habet. Sequitur Anno 1252. *Giſelbertus Domicellus de Ameſtelle* quem juvenem eo tempore, & necdum militari dignitate ornatum; tam ſigillum quam verba diplomatis

ſatis

ſatis oſtendunt; atque hunc tertium dico, eundemque credo inter conjuratos poſtea fuiſſe, ac tempore cædis Com. Florentii LX annis majorem; hujus etiam Fratres Arnoldum & Wilhelmum puto; ab Arnoldo Iſelſteinii ortum habent, cui ante conjurationem illam Filii & Giſelbertus & Arnoldus, à quo poſteriore Benſcopii prodiere. Nec eſt quod huic meæ opinioni valde opponi poteſt; niſi forte huic mortuo ſupervixiſſe patrem, & ad decrepitam uſque ætatem perveniſſe; quod quidem fieri potuiſſe etiam non eam inficias; veriſimilius tamen eſt, & naturæ ordini convenientius; ſi parentem juſto ordine filio locum dediſſe credamus. Nam & ita ſecundum hunc Giſelbertum XC. ætatis annum attingere potuiſſe conſtat, & vix credibile eſt decrepito adeo ſeni tantum adfuiſſe animi ut ſe tam periculoſo negotio ingerere voluiſſet, cum ea ætas, niſi omnino deliret, meticuloſa ſemper eſſe ſoleat: adde quod ſigillum, quo uſus ultimus Giſelbertus, aliud ſit ab eo quod fuit Giſelberti 1. aut 2. Neque illud præter morem ſenum, qui non

facile conſueta ſua ſigilla mutare ſolent, ut multorum me exempla docuerunt, qui malebant inferioris, ordinis videri, quam ſigilla quibus in juventute uſi fuerant, jam ſenes facti mutare, temere mutaſſe dicendum eſt. Alterum reſtat ſcrupulum: quod paulo poſt tertium hunc Giſelbertum nominetur *Giſelbertus de Ameſtel* Canonicus Marianus, quem hunc domicellum fuiſſe, exiſtimare quis poſſet; ſed hæc credere me vetant, quod ſi is à parentibus deſtinatus fuiſſet ſacris, ut tunc loquebantur, id jam à tenera ætate factum fuiſſet; nec domicellum, id eſt, heredem futurum & quaſi jam dominum ac inter filios natu maximum, præteritis aliis, eo compuliſſent, ut deſerta hereditatis paternæ certa jam ſpe, & neſcio an patre jam mortuo, vel captivo, Pallium ſumeret; ideoque magis eo inclino, ut quartum cæteris adjungam Canonicum illum. Atque ita hæc omnia, & naturæ & tempori magis convenient. Illud pæne prætexieram, annum circa 1267. tres fratres vixiſſe, D. *Giſelbertum Dominum de Ameſtelle*, Dominum *Wilhelmum* item &

Ar-

Arnoldum, atque hos omnes ultra 1300. annum vitam produxiſſe; quos macrobios admodum fuiſſe oporteret, ſi uno eodemque patre eoque Anno 1235. annis gravi, nati, ad eam quam dixi ætatem perveniſſent. At vereor ne nimius ſim, proinde deſinam, ſi prius te ex animo ſalutavero, cui omnia ſalva ſanaque à Deo comprecor. Vale, Scriveri doctiſſime, amicorum amantiſſime, & me ut ſoles amare perge. Trajecti, raptim XII. Kal. Octob. A. Ch. cIↄ Iↄ cxxvii.

EPISTOLA VI.

PETRO SCRIVERIO

ARN. BUCHELLIUS.

S. P. D.

Litteras tuas geminas, Doctiſſime Scriveri, accepi ad quas pro temporis ratione reſpondebo breviſſime, & primum de 4. Epiſtolis Eraſmi; quarum ſecundam non reppe-

ri; prima, tertia, quarta in magno opere exſtant, & prima etiam præfationis locum occupat, Officiorum libris Ciceronis Anno 1568. Baſileæ ap. Brelingii heredes, cum annotatis Eraſmi editis, antepoſita. Quarta exſtat lib.12.Epiſtol. pag.400. edit.an. 1558. Et quamvis titulus ibi ſimplicior ac minore verborum pompâ, ſic:

ALBERTO ARCHIEPISCOPO ET PRINCIPI MOGVNTINO ERASMVS ROTERODAMVS S. P.

Quin eadem ſit minime dubito, ita vero incipit: *Suſpiciende Præſul & idem Illuſtriſſime Princeps. Redditum eſt mihi C. T. munus materiâ juxta ac opere viſendum*, &c. deſinit:

Lovanii Calendis Novembribus Anno MDXIX.

Eſt ſatis longa, & agit fere in eadem de Reuchlino & Luthero, invidiaque Theologorum in utrumque.

Guillielmi Goudani libellum cum olim Merulæ Profeſſori mutuò dediſſem, eo mor-

tuo

tuo cum aliis nonnullis ſcriptis, quæ ad illum miſeram, in manus pervenerunt Luntii, nunquam ad ſuum Dominum reverſura. Donationis iſtius, cujus memini, in caſtris Peluſiacis factæ in adverſâ parte compendium habes, integram miſi *Ampzingio*, apud quem videre poteris. vel, ſi tanti videbitur, iterato deſcriptam, alio tempore à me ut habeas curabo. De Theoderici Diplomate judicium meum Miræo miſſum ſi haberem ad manum lubens mitterem, ſed raro litteras meas exſcribo, aut earum minutam (pragmaticorum vocabulum eſt) mihi ſervo; argumenta tu ipſe quædam, ad eam rem facientiâ, attigiſti: fidem quoque ejus ſugillare videntur, quæ de Egberto illo Trevirenſi magnifica jactantur, cum Trevirenſes illum ignorent, ſaltem ex Batavis, Friſiis, aut Hollandis antiſtitem, etiamſi circa illa tempora Egbertum quendam nominent inter ſuos præſules ſed Britannum, de quo videndi Kiriander in ſuo de Auguſta Trevirorum libro, & eo antiquior Schekmannus in medullâ geſtorum Trevirenſium. Quod me errare putas, qui Hedam ſcripſe-

 rim

rim jactare ex originibus ſe illud deſumpſiſſe, en verba habes Nob. Douzæ lib.x.Annal. *Eidem ſuffragationi huic noſtræ abunde fecerit Diploma ipſius Principis, Diederici, inquam, nomen pariter & ſignum præferens; cujus ſe Archetypum in Archivis Egmundenſis Abbatiæ coram oculis uſurpaſſe* (agnoſcis, unde Miræus ſua deſumpſerit) *idem Heda noſter evidentiſſime teſtatur.* Quin & ipſius Hedæ hæc lego: *partem litteræ quam originaliter vidimus hic inſerere viſum fuit.* Ante aliquot annos ad marginem hujus Diplomatis apud Douzam hæc me notaſſe comperio: *Totum Diploma à Monachis olim confictum crediderunt antiquarii noſtri Brockius, Præiſius, Sandelinus, quemadmodum & Scriverius noſter. Exſtat tamen in Reg.Com.Hollandiæ declaratio Epiſcopi Zudenſis Jacobi, quâ indicat ſe hujuſmodi inſtrumentum vidiſſe.* Sed manum de tabulâ, Mi Scriveri, quod facio; tantum unum hoc à vobis cupio diſcere, quid illa verba in Diplomatibus Ottonis Imp. quibus Antiſtiti noſtro confert Foreſtum in Threnta, *beſtias inſuper quæ Teutonicâ lingua ELO*

&

& SCELO appellantur, ſibi velint, an eo denotentur feræ nobiliores & minus nobiles. Tu ſi quid hic habes, indica quæſo. Eſt & alius locus apud Hedam in Badenſi pag. 411. *Tum egregium actum facinus p. quendam M. Eq. dictum Bel. Gelrium*, quis iſte Bel. an vitio careat iſte locus, doce (amabo) quid ſentias. Et vale pancraticè, Amiciſſime Scriveri, ac ex animo tuum, Buchellium amare perge. Trajecti Batavorum, calamo feſtinante VI. Idus Maias 1632.

In nomine &c. Ego Suederus de Dingede notum eſſe cupio, quod cum veniſſem in exercitum Chriſtianorum Damiathe & vidiſſem expenſas, quas faciunt fratres domus Theutonicorum in Hieruſalemum tum in infirmis, tum in militibus contra inſultus Saracenorum ſuſtentandis, divina monitus inſpiratione curiam meam Lancharem &c. pro ſalute mea &c. contuli eidem Relligioni &c. ut Deus cum fidelibus in noviſſima tuba mei dignetur miſereri &c. manſum quoque &c. Magiſtro & fratribus pdd. reſignavi. Ut autem hoc ratum & inconvulſum

ſemper

ſemper permaneat ſigilli mei impreſſione commiſſam litteræ actionem roboravi. Hujus rei teſtes ſunt &c. Actum *in obſidione Damiathe* anno incarn. Chriſti M CC XVIIII. Indict. VII.

EPISTOLA VII.

AR. BUCHELLIUS

DOCTISSIMO VIRO

PETRO SCRIVERIO

S. D.

Litteræ tuæ poſtremæ, Vir Clariſſime, occupatiorem me invenere, quam ut ſtatim ad eas reſpondere potuerim: nimis enim quam multa à me petis, uno eodemque tempore, adeo ut me confundere vel obruere tanta copia Quæſtionum velle videaris; non autem mecum de ſtudiis noſtris communibus conferre. Ætas mihi gravis eſt, & 68 annum attingo; ſtudia vero mihi ſerviunt, ut recreent, ut reficiant, ut exhilarent, & interno

terno quodam quaſi nutrimento foveant: nullius ego præmia, nullius ſtipendia exſpecto: liber ſum & ſemper fui, ne nunc quidem piſtrino alligari me patiar. Confabulationibus, deambulationibus, aliquantum temporis conſumitur: lego, ſcribo, & vix ullo tempore vaco, quamvis me vulgus omnino otioſum putet, & aliqui quantivis pretii homines felici me ſervire otio, dicant. Sed illi neſciunt quid ſit cum libris rem habere, & tot millium annorum acta deguſtare; tot populorum, tot regnorum, tot provinciarum converſiones, mutationes, ſitus, magnitudines, vel animo percurrere. Nulla major vaſtities, quam illa quæ animo præterita, præſentia, & aliquando etiam futura luſtranti obverſatur. In hac contemplatione, mi Scriveri, ſuaviter conquieſco. Nunquam mihi deſunt quæ cogitem, etiam in turba, extra turbam evagor; & ingenii licet tarditas, memoriæ debilitas, animique in corpore ſeneſcenti torpor, ſæpius obſtent, quo minus cogitata ad effectum perducere poſſim, vel ea quæ occurrunt aſſequar, facile forte de

via

via diſcedo, & ea quæ non capio, abjicio. Nolo ægritudini mihi ſint cogitationes meæ, aut male habeant quæ delectare debebant. Hæc eo dico, vir Clariſſime, ut intelligas qua ego ratione ſtudia mea inſtituam, & quanto opere curem ne ea torqueant aut turbent; etiamſi vel deſultoria levitate cum iis divortium faciendum ſit. Verum ne negligere aut inſuper habere amicitiam veſtram, quam, ut debeo, plurimi facio, utpote cujus ego intimam admiſſionem in ſummis rebus habendam ex publico privatoque tuo merito ſemper mihi cenſuerim, putes; en quædam ex antiquis meis deſcripta, ut volebas, cum ſorore vidua D. Vorſtii, quæ ad vos reditura, mittenda putavi, ſic paulatim lente feſtinando progreſſurus; modo & tu interdum interpellare non dedigneris, haud tam prolixis litteris, ſed vel paucis per occaſionem verbis. Ego non uni mea communicavi, libens id facio, ſed quo fructu ignoro. certe paucorum benevolentiam ſenſi. Sed deſino, Domine Scriveri, cum ſalute, quam vobis ex animo precor; nec tu amantem

veſtri

veſtri negligere velis. Raptim Traj. Idibus Jun. 1632.

Sum enim totus tuus

AR. BUCHELLIUS.

EPISTOLA VIII.

VIRO CLARISSIMO

PETRO SCRIVERIO

S. D.

ARNOLDUS BUCHELLIUS

Salve, Scriveri doctiſſime, en tertium jam ſcribo poſt tuas ultimas, ne me veſtri oblitum putes. Et cauſam ſcriptionis ſumpſi a lectione cap. 6. *Theatri Hollandici* à *Zuerio* veſtro in lucem dati, in quo agit de *Hollandiæ inſigniis*. Video illum ex Virgilii iſtis verſibus:

Cly-

— Clypeoque inſigne paternum
Centum angues, cinctamque gerit ſerpentibus Hydram,

inferre velle, olim tunc hereditaria familiarum fuiſſe Inſignia; ſed meo judicio fallitur; potuitque filius clypeo paterno obvio uti, ut & aliis ejus armis, non tamen inde ſequetur hereditarium illud fuiſſe ſignum & ad poſteros, ut & omnes ejus familiæ aut ſtirpis pertinuiſſe. Non nego quidem, nec unquam adeo veteris hiſtoriæ ignarus fui, quin viderim in militia olim ſignis uſos fuiſſe tam populos integros, quam Reges ac Principes; atque etiam privatos. ex caſu vel pro lubitu in clypeis depinxiſſe quædam vel ornatus vel etiam differentiæ cauſſa, quod melius inter ſe diſtinguerentur. Et pleni ſunt ejus moris, ut veteres, ita quoque mediæ ætatis Scriptores. Hoc vero eſt quod dixi ſemper, hereditariorum Inſigniorum quibus nunc utuntur morem uſumque recentiorem eſſe, nec ante annum à C.N. milleſimum, ullum ejus apud probatum quidem auctorem me inveniſſe

niſſe veſtigium. De *Aquila Bicipiti* quæ ibidem tradit *Zuerius* omnino probare non poſſum, cum oculis meis quotidie contrarium uſurpem, Bicipites nempe Aquilas Impp. longè ante Carolum V. Et tu, mi Scriveri, ſcio mecum ſenties; neque enim Hiſpaniæ ſignum eſſe Aquilam, neque Carolum V. Impp. primum Bicipitem Aquilam geſſiſſe, Hiſpaniæ Imperiique Aquilas conjungentem. Res adeo manifeſta eſt, ut longiore demonſtratione non indigeat. In Nummis Maximiliani I. Caroli V. avi, in pictis ſculptiſque imaginibus, libris quoque editis eo vivente, Bicipitem paſſim invenio. Hoc fateor, quod in ſignis Regum Romanorum, ante Imperium adeptum, Aquilam unius capitis reperiam, qua ab Imperatore diſtinguuntur, & eo forſan *Zuerius* reſpexit. Antiquiora poſſem adferre, ſi res poſtularet. Tu hiſce contentus eris, ſcio, in re tam obviâ. Inſignia ab Orientalibus populis devicta Palæſtina quidem non veniſſe, juxta cum *Zuerio* arbitror, ſed circa illa tempora vel paulo ante varietatem illam inſigniorum ortam, exco-

gitatamque in lucemque protractam, ob diſtinctionem tam frequentium populorum arma in Orientales, pietatis quadam perſuaſione ſumentium, non adeo vero eſt abſimile. Atque ita videtur res ea inter nobili genere natos, & militari virtute celebres in artem quaſi deducta, hereditariaque facta, quo inde familiæ, ut & ex cognomentis, quæ vel nulla vel ab aliquo defectu ante diſtinguebantur, internoſci deinceps melius poſſent. Si quis iis certiora attulerit, libenter ei cedam. Hoc nihilominus aſſeverare poſſum nullum me ſignum vidiſſe (ſigillum non dico, capite quippe alicujus S. vel Principis inſignita vidi) ejuſmodi quod ante annum 1198. datum fuit. *Maſſonius* laudat *Memorantiorum* Inſigne à ſe viſum paullo antiquius anno nempe 1179. Non quod exſtare negem, ſed raro admodum putem Imperatorum, Regum, Principum diplomata firmata olim, vel manus ſubſcriptione, vel ſigilli effigie aliqua notati impreſſione, vel principalis characteris expreſſione; ſero vero Imperii, Regni, vel familia ſigna addita. Ad *Hollandicum*

Leonem

Leonem quod attinet, deductum à Trojanis, Aquitanicis, Normannis, Viennenſibus, æque hæc incerta ſunt; cur non & Principes ad ſimilitudinem vicinorum pro more ſumpſerunt ſuo ſibi arbitratu illa inſignia, aliqua diſtinctione, ne aliena uſurpaſſe viderentur, adhibita? Quare aliunde deducta? An omnes alienarum rerum occupatores, tyranni & invaſores habendi? & longe petiti magis placent? ſcilicet, nullus in patria propheta eſt. Anne aliquis indigena contra patriæ invaſores eligi à populo in ducem potuit? vel aulam militiamque majorum principum ſecutus ob virtutem moderationemque ad præfecturam pervenire, qui paullatim vel ſponte populi, vel Regibus annitentibus ad culmen honoris adſcenderet? ſic ante noſtrum ſeculum Emdenſibus contigit. Non neſcimus quid *Tacitus* de Germanorum moribus olim retulit; qui in bello ſibi Duces eligebant, eoque finito privatorum inſtar eoſdem habebant, qui tum æquali cum cæteris jure vivebant. Ex talibus tandem vel ambitione ducti, vel injuria incitati, vel favore Imperatorum aut Regum

(qui ſupremam ſibi in has gentes poteſtatem arrogabant) adjuti, vel populi tandem ipſius perſuaſione allecti, ducatum retinere, & in populares Dominium ſibi aſſerere potuerunt? Tu, mi Scriveri, arbitrare, qui mecum Gerulfos, Theodoricos, Waltæricos, Hattones indigenas non ignoras; ſed extra viam per diverticula curro, ad ſigna veniamus. Quæ adferuntur ex *Gerbrando*, vides ipſe quam fabuloſa illa ſint. Quæ vero *Heda* adfert, quam nihil probent. Sed ſi à Normannis ea ſigna repetere voluerimus, ſtatuamus oportet hos Comites origine Normannos eſſe, quod nullus adhuc tradidit; nec enim vero eſt ſimile eos voluiſſe à terræ ſuæ direptoribus ſua mutuare inſignia, & tantarum cladium ante oculos inviſum ſtatuere monumentum. Et quis nos docebit an Leo purpureus eo tempore Normannorum iſtorum fuerit inſigne? Ex Aquitania, Normannia indicium, forſan capies; ea ego poſteriorum temporum eſſe puto. Eo autem more utimur, & ſcriptores à duobus, tribus ſeculis id nimium uſurparunt audacter ut ſimplicem ac puram antiqui-

Digitized by Google

tiquitatem præſentibus moribus corrumperent, & quæ ipſorum tempore fiebant, prioribus affingerent. Heraldorum (ut vocant) otia his magis occupata olim fuere, non ut claras Principum origines redderent, ſed fabulis ſimiles; adeo ut omnium nunc populorum principum familiariumque principia laborent & non uno Hercule indigeant, qui hanc Lernam purget. Tu, Scriveri, *Zuerius*, *Voſſius*, quibus ſufficiunt vires, & favet blandior ac faventior eſt Apollo, ut incepiſtis, pergite, lucem brevi videbimus omnibus nubeculis remotis ſereniorem; quæ, te præſide, jam dudum radios veritatis emittere cœpit. At iterum evagamur. A principibus ad Nobilitatem veniamus; ea potiſſimam ab annis habet originem, utpote qui bene ſe fideliterque in bello gerebant, præmia virtutis capiebant Baltheum Equeſtrem; horum poſteri, vulgo exempti, nobiles dicebantur, inſigniorum nominumque prærogativis diſtinguebantur; donec vel ob ignaviam vel paupertatem fatali rerum ordine deſinerent, novique iiſdem artibus orirentur, eâ viciſſitu-

dine ut recte dictum ſit, Reges ex paſtoribus, paſtores ex Regibus ortos: idque adeo verum eſſe puto, ut nullus ſit vel mendicorum poſtremus, ſi memoriam majorum à centenis vel millenis annis conſervaſſet, qui non aliquem inter ſuos majorum gentium heroem numerare poſſet. Sed pergo & hoc à te, mi Scriveri, ſcire deſidero. quid ſibi velit in Elencho nobilium familiarum diſtinctio illa litterarum vulgarium & Romanarum, anne hæ exſtent, illæ eſſe deſierint? non puto. In *Brederodiorum* origine enucleanda, vereor ut rem tetigerit; ego certe Teylingios priores invenio; nec Brederodios longè ante Wilhelmum Regem. *Hamconii* ea in re auctoritas mihi perquam exigua eſt, & cum *Hunibaldo* (ſub cujus larvâ multi impune fabulantur) eundem comparo: certe triumviratum is cum *Sifrido* & *Furmerio* conſtituit corrumpendæ Hiſtoriæ, vel corruptæ ſaltem promovendæ. Innominatus hic ſcriptor in Brederodiam gentem iniquos, jure rejecit, ſed illa diplomata ante Wilhelmi I. ætatem conſcripta, quorum is mentionem injicit, in quibus

quibus & nomen & ſigillum Brederodiorum comparent, inque Hollandia etiam exſtare dicit, oculis meis luſtrare valde vellem. *Leckiana* gens an à Brederodiis, ignoro, antiqua ſane eſt; cujus ſtemmatis partem jam olim vobis me miſiſſe puto, cum ſuis inſigniis & ſigillis. *Lazius* in Genealog. noſtris ſæpe hallucinatur; nec minus in Brederodiis fallitur *Dinterus*. Walravii inter poſteriores, nomen habent à Valkenburgiis, nam Walravii Valkenburgii Domini Filia Beatrix Theodorici Brederodii circa annum 1330. uxor fuit, unde & ejus poſteri Valkenburgica inſignia cum ſuis aliquamdiu compinxerunt. Pergo: Ex hac (inquit *Zuerius*, *Waſſenaria* nempe) *Duvenvordii* pullulant, *Bockhorſtii*, *Raephorſtii*, *Polani*, *Matheneſſii*, *Warmondii*: an hæc per omnia vera ſint hæreo, in Matheneſſiis ſaltem qui nunc ſunt & Buckhorſtiis dubito. De *Ordine Jacobæo* videtur veſter *Zuerius* olfeciſſe impoſturam *Butkenii*, qui *Miræo* nimium illi portento mendaciorum tribuenti non ſemel impoſuit. De agricolis nobilium in numerum adſcriptis,

vulgi fabulam eſſe ſemper credidi : nam ſi vera ea eſſent, minime illi laterent; quin ab aliis ex veteri nobilitate in lucem dudum fuiſſent protracti, ne ſcilicet novorum iſtorum hominum ſanguini (noſti nobilium faſtum) miſcerentur, ſed pro iſtis ex avita Nobilitatis prærogativa colerentur. Sequitur index virorum qui ex equeſtri ordine ſub ſingulis Principibus floruerunt; ſed unde is deſumtus, ex indubitatiſne monumentis, an ex vernaculo noſtro Chronico? Quod ſane in antiquioribus iſtis nondum certam fidem invenit, ſine alio teſte; & ſunt ſub quatuor primis illic poſitis Principibus quæ deſiderem. *Extractum ex libro haſtiludiorum* &c. niſi ſit ex officinâ *Butkenianâ*, imperiti alicujus Haraldi (ut vocant) luſus eſt: ſed ſorex ſuo ſe prodit indicio: *Dominus Theodoricus de Linde & Lede* clamabat *Aſpremont*; en Butkenii acumen. Dominus *Arnoldus de Iſſelſtein* clamabat *Amſtel*. Hunc poſteriorem nunquam (habeo plura ejus diplomata, ſigilla, aliaque monumenta) cum Iſſelſtenii cognomine reperi; verum Amſtelii cogno-

cognomen ubique retinuit, licet in ſigno parum mutaverit. eodem cognomine & Giſelbertus ejus Filius diu poſt adhuc ſcribi voluit. Sed jam deſino, Scriveri doctiſſime, quæque hic indicanda eſſe putavi, non aliqua reprehendendi prurigine; ſed veri ſtudio ad te pro amicitiæ jure ſcripſi, quæ ſi cum auctore communicare volueris per me licebit, modo non ex iis ſit, qui fœnum in cornu (ut dicitur) gerunt. Nam ſunt quidam ejus ætatis, fervido adeo ingenio, ut implacabiles adverſus bene monentes ſuſcipiant iras. Ego vero memor J. C. noſtri dicentis, etiamſi alterum jam pedem in ſepulcro haberet, diſcendi nihilominus percupidum fore, me quotidie aliquid addiſcere gaudeo. Unum præterea ſuccurrit: Quæ de vocabulo *Elo* & *Scelo*, in diplomate Othoniano ſuggeris, grata admodum fuere, & tecum ſentio, unicum verbum interpretationê geminum factum eſſe; ſed quod ibi *Sleiſchrer* legendum, & antiquitus *vulpem* eo denotari putas, ingenioſe illud quidem, adverſari tamen videtur quod vulpes habeatur inter feras ignobiles & damna infe-

rentes, à quarum venatione non tantum neminem arcere, ſed & præmiis invitare omnes ſolent: ſic de Lupis conſtituta ſunt præmia capientibus, nemine excluſo; nec minus vulpes pullorum & columbarum, quam Lupi ovium peſtes ſunt. Quæ conſideratio facit, ut mea mihi adhuc adhæreat opinio, & retineam: *quæ Teutonica lingua Eel, ſive Eelwilt appellantur*. Nam tales fere, per totam Germaniam, Principum venationibus ſervantur. Jam vale, Clariſſime Scriveri, & Buchellium tuum amare perge, qui quid agas, qui valeas, de ſtudiis item tuis certior fieri percupit. Ex Muſeo noſtro. Trajecti ad Rhenum prid. Kalend. Septemb. Anno Chriſti 1632.

EPI-

EPISTOLA IX.

Hooggeleerde, goethertige, getrouwe Vriend en Heere,

MYN HEERE

ARENT BUCHELL.

Nu ſal ik uwe hulp en byſtandt alle dagen van doen hebben. Ik ben alhier tot Amſterdam in 't Raſphuys geraekt. Giſter herwaert over gekomen ſijnde, begin van daeg [*God wouts*] *te werken. Erbarmt u mijner: dogh en bedroeft u niet over deeſe kans. 't Sal* [*hoop ick*] *wel afloopen. Ende om UE. uyt den droom te helpen, ſoo ſult gy weeten dat ik d'oude Chronijcke van Hollant &c. by der hant genomen hebbe, om die te beſnoeijen, te bediſſelen en te ſchaven. Dat Wouter van Gouthoeven Salr Gedten hier inne, door mijn raed gedaen heeft, is UE bekent. Ick worde ſoo in den Hage als alhier tot Amſterdam, mitsgaders in Zeelandt, inſtan-*

inſtantelick verſocht, om dit ſelfde werck te overſien, verbeteren en vermeerderen, ſtellende mijn naem inde plaets van de Cornicula Æſopica, *hier vooren genoemt: Alſoo 't meeſt mijn werck was, ende nu meer weſen ſal. Latende het Byvoegſel vande geſlagten &c. door W. V. G. ſulx als het te vooren was uytgegeven. Ende of ick ſchoon de groove misſlaegen verbeterde, jaa eenige Genealogias daer by deede, ſoo en begeer ik daer in niet gekent te weeſen. Soudt gy my dat niet raeden? ende ſult gy my de helpende handt niet bieden tot de Augmentatie? ick hoope jaa. Schickt ons daeromme, hoe eerder hoe liever, uwe Correctien vande* Errata paſſim occurrentia *in 't voorſz. byvoegſel. Ick weet dat in uw Exemplaar veel aenteykeningen ſtaen, van dewelke eenige uytgeteyckent ſijn geweeſt door* Jonker Carel van Rietwijck: *die ik gedenke geſien te hebben, en ick en weete niet beter, of ick hebſe ſelfs meeſtendeel overgeteykent op mijn boeck. Ick vinde Fol.* 134. *vers* 8. Vrouw Cunigunde van Arckel, *in margine,* Sy was Suſter vanden Biſchop. Unde hoc tibi

bi conſtat? *Item fol.* 139. *vers* 29. Vrou N. van Polanen hadde ten man Heer Dirck van Noordeloos. *In margine*, Vrou Catharina van Polanen. *Fol.* 145. *in fin.* Vyanen genoemt (ſoo men ſeyt) van twee Vrouwen, herberg houdende, d'eene FY en d'andere JANE. *In margine ſtaet*:

Spectatum admiſſi, riſum teneatis amici. Tuumne hoc ſit, vel meum, hæreo; & in multis aliis: plurimum enim annotavi confuſa cum tuis obſervationibus. Quare ſuperſedeo cætera adſcribere. Melius eſt Notas tuas excerpere. Vel ſi placet & juſſeris, transſcribam mea omnia: quanquam haud levis is futurus ſit labor. *Veele aſſertien of poſitien en gaen niet vaſt, en ſijn vol misſlagen. Helpt my doch en het gemeen, met uwe verbeteringen, en nieuwe geſlachten. Vind gy goedt datmen nieuwe daer by voege? Sijn by UE de Zéeuſche geſlachten?* & ſi velis addi, *de Stichtſe? Deelt my meede al wat gy hebt: of 't geene raedſaem is te publiceren* Quod ſi ex iſto muſtaceo laureolam quæres, fiet perhonorifica clariſ-

ſimi

ſimi nominis tui mentio. Sin autem aliter tibi videatur, auctor celabitur. Suggere, rogo te, quomodo in hoc negotio per ignes ſuppoſitos cineri doloſo incedendum putes. Sequar lubens merito conſilium tuum. Pergente in ipſâ Antiſtitum Ultrajectenſium & Comitum hiſtoriâ, quam vellem ad manum eſſe Paradoxa tua, monumentorum, diplomatum veterum apographa, & cætera, quibus Bibliotheca tua inſtructa eſt. Ubi nodus vindice dignus inciderit, ad quem potius, quam ad te, confugiam? Vidiſti (opinor) Jacobi Eyndii (heu quondam mei) Chronicon Zeelandiæ. Exſpecto, quid de eo opere indicaturus ſis. *De loffelijke Teſtimonia van dees goede Heere ſullen, naeſt Godt en UL. byſtant, my lichtelijk uyt het Raſphuys helpen.* Eccilla. Lib. 1. Pag. 116.

Ita placet Doctiſſimo, in omni literarum genere, Petro Scriverio, ob ingenuam indolem & profundam hiſtoriæ patriæ indagationem, mihi amiciſſimo. Lib. 11. pag. 137.

A Clariſſimo hiſtoriæ noſtræ vindice Scriverio (cujus liberalibus Muſis patria decuplo plus

plus debet quam mercenariis quibuſdam ſtrumis) in dubium vocatum eſt jam olim, nec ullius probi hiſtorici fide recipi poteſt.

Dit werck ſal op drie plaetſen in Compagnie gedruckt en verkogt ſtaen te werden, by de Wed: Juffrou van Wouw, in den Haegh; by Zacharias Roman te Middelburg; en by . . . . Amſterodami den 10 *Aprilis* 1637.

EPISTOLA X.

DOCTISSIMO VIRO

PETRO SCRIVERIO.

S. D.

AR. BUCHELLIUS

MYN HEER SCRIVERIO.

Na groeteniſſe dient deſe voor antwoort op UE. Miſſive my als giſteren by den Schipper behandigt, met een bygevoegt project van de

de Waapenen van ſijn Hoogheyt, waar op UE. mijn advijs begeert, ende alhoewel het odieux is met ſulke ſaaken hem te moejen, oock dat die ſpecteren ad officium magiſtri armorum, vel ceremoniarum aulicarum, heraldum vocant; quam inveſtigatoris patriæ Antiq. *Hebbe evenwel mijn gevoelen*, ſalvo aliorum, *hier by gevoegt, te weeten, dat het notoir is dat de cumulatie van wapenen geſchieden, ofte tot differentie en afſcheydinge van anderen des ſelvigen geſlaghts, ofte tot brekinge ende verminderinge, ende dat het Hooftwapen altijd behoort te prevaleren, ſulx dat de Schilden geteekent met* A *ende* C *my het beſt aanſtaan, ende dat met* B *my dunkt ongefondeert; De redenen der geenre die 't ſelve prefereren, ſijn onvaſt, dewijle het Stamwapen van Naſſau, noch in ouderdom, noch in treflijkheit, nochte in alliantien, mag gepoſtponneert worden dat van Chalon ofte Orangien. Want ſeker is dat over veel hondert jaren die van Naſſau het Keyſerdom, en verſcheyde reyſen de Cheurvorſtelijke digniteyten betreden hebben, ende aende treffelijkſte geſlaghten van Europa geallieert ſijn,*

waar

waar uyt oock de Hertogen van Gelre ende Grave van Bourgognien ſijn geſproten, ende lange eer het Prinſdom van Orangien gerenommeert, bekent is, het welck door Huwelijk gekomen ſijnde aen Hendrick Grave van Naſſauw ende van die aen Renatum ſijn ſoon, die geene aftergelaaten heeft, ende het ſelve Prinſdom aen Willem Grave van Naſſauw, ſijns Ooms ſoone gegeven, ſonder dat oyt die van Naſſauw (waar van ſijne Hoogheyt deſcendeert) aan die van Chalon ofte Oragnien gehylikt ſijn, ende ſulx deſelve ſijne Hoogh. niet van dien bloede (gelijk de annotatie ad ſignum B. *ſchijnt te willen ſuſtineren) geboren is. Soude derhalven meinen datmen de eerſte ofte leſte teikeningen, te weeten* A *ofte* C *behooren te volgen, mits daar op 't bequaamſt het Waapen van Baron van Breda ingevoegt werde, daar van de Stad onlanks door de wonderlicke kloekmoedigheyt, beleyt ende ſtantvaſtigheyt, met ſoo een memorabel beleg by zijn Hoogh. is gerecupereert ende uyt de magt onſer vyanden getrocken, werdende noch te vooren met groote exceſſive koſten by de-*

deſelve door uythongeringe verovert. Sed manum de Tabula *want deſe diſcuſſie een geheel volumen, geen miſſive ſoude requireren.* Tu autem, mi D.Scriveri, hæc a me æqui bonique conſulens accipe, quo ſententiam meam rogatus tibi aperiam qui jam 74. agens annum, hæc jam ſtudia contemnere cœpi, quæ me a contemplatione venturæ vitæ magis abducunt & impediunt, quam promovent. Alterum jam pedem, nempe, habeo in ſepulchro, & meliorem vitæ ſpem occupo: ut

Quod venit è cœlo cœli ſplendentia templa
Reppetat.

Vale iterum & ſalve ab eo qui te amat & ingenium veneratur.

A. BUCHEL.

Trajecti in Bat.
Apr. 24. *a.* 1631.

IN-

INSIGNIUM VIRORUM

EPISTOLARUM SELECTARUM,

hactenus ineditarum,

DECAS V.

EPISTOLA I.

CASPARI BARLÆO,

CONSTANTINUS HUGENIUS.

Ne te querare cæcis paſſim conviciis à tergo impeti, ecce, mi *Barlæe*, archetypas nugas meas; cenſuram, quam apud *Mylium* noſtrum, properè in te ſtrinxi; εἰς τὰ σκληρὰ, inquam, iſta, *fugit*, *horret uterque*; quæ ſanè noſtrum *fugit*, *horret uterque*; in Epigrammate [1], præter iſta,

Digitized by Google

valdè tuo. Expende vim verborum: vide quid dixeris: quid fecerimus ego opponam, &, vel te judice, licentiæ poëticæ nimium audaculæ vitium damnabitur. Vale tamen, & ſæpius labere: nam ut paucis correptus, pluribus te defendas, ab honore Principis, quem nos tueri decuit, alter ſcopus eſt. Drunæ in Caſtris 24. Sept. cIↃ IↃc XXXIV.

In Barlæi lapſum, de fuga Impp. utriuſque exercitus. ad Mylium.

Unde meus, Myli, malè dormitavit Homerus?
Unde quod hic geſtum non fuit ille refert?
Trajecti, Bredæ, quod Iber, quod victor Iberi
Fecerunt, fuga ſit? non fuit umbra fugæ.
Fato, conſiliis lentè conceſſit uterque:
Mentior; hunc vatem fugit uterque ducum.

CONSTANTER.

1 Reſpicit hic *Hugenius* ſequens EPIGRAMMA, quod in liberatum obſidione Trajectum ad Moſam, per tentatam Bredæ obſidionem, fecerat *Barlæus*.

Quod genus hoc belli eſt? quanam nova nomina Mavors
Parturit, & titulo deteriore favet?
Cinxerat attonito bellacia mœnia Tungro
Cantaber, & portas, effere Moſa, tuas
Sederat ad clara Fredericus mœnia Bredæ,
Et patrias armis Dux repetebat opes.
Ne malè pugnet Iber, Tungros obſeſſaque linquens
Mœnia, vult Bredæ conſuluiſſe ſua.
Ne Batavus malè pugnet, amat ſecedere Bredâ;
Et ſatis hoc, Moſæ conſuluiſſe, putat.
Hic ſpeciem fugientis habet, magis ille timentis.
Hic vòtis abiens excidit, ille tenet.
Exercet Bellona Duces. fugit, horret uterque.
Ille urbi, caſtris Dux timet ille ſuis.
Ergo abeunt ambo. Tu dic, Victoria, cujus
Sit, tanto rerum turbine, cauſa prior?
AURIACI, reſpondet. Iber, quam deſerit, urbem
Non habet, Auriacus, quam ſibi ſervat, habet.

C. B.

Quo etiam ſpectant tres ſequentes Barlæi Epiſtolæ, quas, quamvis inter editas 254, 255, 256. exſtent, huic ſubicio, quod hæc inedita illis, illæ vero huic lucem affundant.

CORNELIO vander MYLE.

NOBILISSIME MYLI.

Mitto Tibi accuſationem N. Conſtantini Hugenii ſuper Epigrammate meo, quod nuper ſcripſi in liberatum obſidione Trajectum. Offendit illum, & Te, ut ſcribit, quod dicam, Fugit, horret uterque. *quaſi hæc ignominioſa eſſent Principi. Sed cur non attendit ad alia; quod dicam, non fugiſſe,* ſed ſpeciem habuiſſe fugientis, *quod* voti ſui factus ſit compos, *quod* Bredam conceſſerit, ut Trajectum obſidione levaret, *quod* conſilio diſceſſerit, *&* ſeceſſerit, poſtquam Moſæ conſuluiſſet, *quod* urbem *iſto ſtratagemate* ſervaverit. *Hæc non videtur obſervaſſe. Solum invehitur in illud* fugit, horret, *quæ dicta ſunt ex populi perverſo judicio, & de fuga, quoad ſpeciem, & de fuga utili & ſalutari. Totum carmen directum eſt in honorem Principis, adverſus malevolorum judicia. Apologiam meam lege, quam Domino Huge-*

nio

nio miſi. Æquum enim eſt ut apud eundem me defendam, apud quem immeritò accuſatus ſum. Amſtel. 1634.

CONSTANTINO HUGENIO.

Non eſt neceſſe, ut me pluribus & anxiè defendam, nobiliſſime, dilectiſſimeque Hugeni. Non conquiram ambages, aut Sophiſmata, quibus me expediam. Pro me loquatur Epigramma meum, & res plana erit. Perſto in ſententia. Pilatus ſum. quod ſcripſi, ſcripſi. Non ſum lapſus, non ceſpitavi, ſed recto ſtant carmina talo. Multo minus dormitavi, cum iſta ſcriberem, licet humanum hoc, nec à me alienum eſſe putem. Scripſi ſummo manè, poſt longam dormitionem, quo tempore nihil minus, quam dormitare, ſolent homines. Nullam hic agnoſco licentiam aut audaciam Poëticam. Nihil (da veniam ſi mihi Suffenus videar) ſcripſi conſultius deliberatiusque. Volui ego hoc Epigrammate Principem Auriacum tueri adverſus non ſolum vulgi & maleſanæ plebeculæ; ſed & cordatiorum quorun-

dam ignominioſas voces, qui Principis à Breda diſceſſum præcipitem & inconſultam fugam interpretabantur. Fuit hæc vox publica, tum illorum qui patriæ malè volunt, tum illorum ex parte, qui illi benè volunt. Audivimus non ſemel indignabundi, contradiximus, & pro honore Principis (licet hic defenſoribus iſtis non egeat) ſtetimus. Fuit inſuper animus hoc ipſum Epigrammate teſtandi, in quo ad hoc unum alludo: Principem Auriacum, dum malè & falſis nominibus fugiſſe, *&* horruiſſe *dicitur, voti ſui compotem factum; Breda deceſſiſſe, poſtquam Moſæ conſuluiſſet. Ideoque fugam ita falſo dictam, ſalutarem fuiſſe & utiliſſimam, utpote ſervata jam aut liberata ex parte Trajecto ad Moſam. Quorſum enim illa admirantis verba?* Quod genus hoc belli eſt? *in quo, nempe, vulgus Principem fugiſſe clamitat, cum profuerit & vicerit. Quorſum illa?* Quænam nova nomina Mavors Parturit? *nempe, ut fugiſſe dicatur victor; malè rem geſſiſſe, urbis alibi vel in totum vel ex parte liberator. Hæc enim profectò nova nomina ſunt. Quorſum & illud:*

lud: & titulo deteriore favet? *Titulus iſte deterior eſt, quod optimus prudentiſſimusque Princeps fuga dicatur ſibi conſuluiſſe, ſub quo tamen titulo deteriore, utpotè falſo, nobis favit Mars, liberata, nempe, urbe ad Moſam obſeſſâ. In hoc vertitur Epigrammatis cardo, quod Princeps malè audiat, re bene & ex voto geſtâ. Non ſunt Vatis verba ex ſua ſententia loquentis,* Fugit, horret uterque, *ſed vatis inſurgentis in iſtas calumniantium voces, qui fugiſſe exercitum noſtrum criminabantur. Vates illum titulum vocat deteriorem, miratur Martem talibus appellationibus occaſionem dare. Ubi ex ſua ſententia loquitur, dicit: Auriacum habere* ſpeciem fugientis: *hoſtem* ſpeciem magis timentis. *At ſpecies rei opponitur ipſi rei, ſpecies fugæ, fugæ. Nec inficiandum, diſceſſum abitumque utriusque exercitus & hoſtilis & noſtri ſpeciem habuiſſe fugientis & timentis, apud illos, qui hic & alibi longius à caſtris ignari conſiliorum Principis vivunt, & priusquam de liberatione Trajecti quicquam percrebuiſſet. Rurſum, ubi ex ſententia loquor, dico: Principem* vota ſua tenere, hoſtem exci-

 diſſe,

diſſe, *Principem urbe Bredana diſceſſiſſe, poſtquam* Moſæ conſuluiſſet; *eam deſeruiſſe, ſed habere aliam*, quam ſibi ſervavit. *Quomodo hæc dici à me, ex mea ſententia poſſunt, & ſimul Principem fugiſſe & horruiſſe?* ἀσύστατα [quæ ſimul conſiſtere non poſſunt] *hæc ſunt. Dicis Principes utroſque* conſillo conceſſiſſe. *Dixi & ego apertiſſimè:* Ne male pugnet Iber, obſeſſa mœnia linquit, ut Bredæ conſulat. Ne male Batavus pugnet, Breda diſcedit, poſtquam Moſæ conſuluit. *Interim hæ ſubitæ, licet deliberatæ, abitiones non ſine turbine aliquo & motu acciderunt. Dura, inquis, ſunt iſta verba*, fugit horret, uterque. *Eſto, ſint duriſſima. Populi ſunt voces, aut fuerunt potius; malevolorum ſunt verba, & etiam, qui ignari erant rerum, quæ iſtic apud Bredam, & alibi apud Moſam agebantur. Planum eſt id quod dico, ex primo Epigrammatis diſticho, cujus mentem, ut ſuſpicor, minus adſecuti eſtis. Fingite etiam amici, me dixiſſe Principem fugiſſe, ſed fuga ſalutari, utili, non fuerit hoc ignominioſum Principi. Licet vatibus, in Epigrammatibus potiſſimum, oppoſitum ponere in appo-*

appoſito: licet illis dicere, mortem alicujus eſſe ſalutarem, lucem obſcuram, decus eſſe dedecus. Qui hæc non ferunt, totum Martialem expungant neceſſe eſt. Habent Græci & Rhetores ſchema, quod ὀξύμωρον *vocant, hoc eſt, acutifatuum, quo idem de ſeipſo negatur, aut prædicatum ſubjecto repugnat. Hoc prima fronte fatuè dictum putatur, & propius attendenti acutè dictum cognoſcitur. Hujus generis ſunt: avarus non habet quod habet; nullum in limine limen erat; eloquentia obmutuit; deceptaque non capiatur, ut eſt apud Lucretium; & apud Plautum, innumeri numeri; apud Scaligerum, docta ignorantia; apud Ovidium, & ne ſit ſcelerata facit ſcelus. Terentii eſt, cum ratione inſanire. Ejusdem, id aliquid nihil eſt, coactus tua voluntate es. Catullum audi, Non eſt Dea neſcia noſtri, Quæ dulcem curis miſcet amaritiem. Hæc ſi illis licent, cur mihi non liceat in eodem Epigrammate ſcribere, Principem non fugiſſe, ſed voti ſui compotem factum, & tamen fugiſſe? non fugiſſe, quia abiit poſtquam ſervaſſet, fugiſſe populi judicio, aut ad ſpeciem. Cur non liceat dicere, fugiſſe; ſed ita*

ut

ut fugiendo profuerit? deſeruiſſe urbem, ſed ita ut adhuc habeat, quam ſervavit: hoſtem vero nondum habere urbem, quam deſeruit. Habent iſtiusmodi antitheta & ὀξύμωρα [acutifatua] *emphaſin ſuam & elegantiam, ut ſi dicam Parthum fugiendo vincere & fugare; Fabium cunctando reſtituiſſe rem.* Non fugit me uterque Ducum, *nam jam ante ex litteris tuis ad affinem tuum ampliſſimum D. de Willem datis intellexeram, Principem eo conſilio Bredam conceſſiſſe, ut hoſtem Trajecto avocaret. Quibus lectis fiduciam ſumſi ſcribendi Epigrammatis. Concludo itaque me non eſſe lapſum, non dormitaſſe, & Epigramma illud eſſe meum, cum iſtis*, Fugit, horret uterque, *non præter iſta. quod oportuit demonſtraſſe,* ὅπερ ἔδει δεῖξαι, *inquit Ariſtoteles.*

Vale nobiliſſime ac candidiſſime Hugeni, ac ſæpius iſtiusmodi mihi criminationes intende. Scripſiſti iſta, non seriò, ſed ad vexandum dogmaticum Philoſophum, more Scepticorum. Quod ſi non ſatisfecero, ſi perges ſcribere,

Hunc vatem fugit uterque Ducum,

regeram

regeram ego,

Barlæi mentem noſcit uterque Ducum.

Adeò me offendiſti, ut nova tibi mittam Epigrammata, quæ heri luſi. Amſtelod. prid. Cal. Sept. 1634.

AD CATEGORIAM
Nobiliſſimi Clariſſimique Viri
CONSTANTINI HUGENII,
ſuper ficto lapſu
CASPARIS BARLÆI
RESPONSIO.

Humanum eſt labi, fateor. dum ſcribimus, eheu,
Sæpè ſolœciſmum barbara Muſa facit.
Ceſpitat omnis homo, mi Conſtantine· quid? ipſi
Dormitant vatum, nomina magna, Dii.
Non tamen hæc fractis nutant Epigrammata lumbis,
Non Bavius ſpreta fallitur arte tuus.
Si fugit Auriacus, poſtquam ſervaverat urbem,
Hæc

Hæc fuga nulla fuga eſt. cum ratione fugit.
Dicite vos fugiſſe, mali. non fugit. abivit.
Hæc ſolum ſpeciem res fugientis habet.
Sic fugere, eſt viciſſe. fugam ne credite cives,
Quæ fuit accepti nuntia certa boni.
Sæpius hoc titulo fugiat, modo ſublevet urbes,
Et patriam, populo falſa loquente, juvet.
At vox dura, Fugit. ſit vox duriſſima, voci
Dummodo prædurae ſit comes ipſa ſalus.
Sic fugiens Romana fugat trux agmina Parthus,
Sic Fabius duro nomine victor abit.
Dum populo Romæque ſuæ Cunctator habetur,
Hos, titulo quamvis deteriore, juvat.
Sic vixiſſe mori eſt; ſic ægrotaſſe, ſalubre
Dicitur, & Veneris dulcis amarities.
Si damnant mea verba Duces, ſi damnat Iberus,
Auriacus neſcit ſchemata, neſcit Iber.
Sed dum Bredâ alius, Moſâ movet alter abitque,
Bellorum melius perdidicere Tropos.

C. B.

COR-

CORNELIO vander MYLE.

NOBILISSIME MYLI,

Poſt miſſam Apologiam meam ad Cenſuram Domini de Zulechem, ſcripſi paucis in hæc fere verba: Cum ſciam aulicorum aures tenellas eſſe facileque offendi, & ſententiam perdere malim, quam amicos, dele illud, Fugit, horret uterque, *& ſubſtitue* diſcedit uterque. *Hoccine eſt culpam & lapſum fateri? Minimè. quin potius iſta correctione aulicorum infirmitati, & nimis anxiæ ſollicitudini volui ſuccurrere. Ea enim ſum morum facilitate; ut verſus meos depravare malim, quàm iis diſplicere, quibus me plurimum debere fateor. Scio, quo ſenſu, & qua occaſione ſcripſerim illud* fugit, horret uterque. *Cum enim hîc clamitarent benevoli juxta ac malevoli noſtros fugiſſe, ego ita fugiſſe dixi, ut ſervaverint Trajectum, hoſtem verò fugiſſe, ut Trajecto potitus non fuerit. Ad Apologiam meam hæc reſpondit nobiliſſimus Hugenius:*

C. B.

C. B. C. H. fugam gratulor.

In populum conjecta fuga eſt. ignoſco poëtæ.
  Cenſor habet ſpeciem, nec fugientis habet.
Aufugit, & credi fugit aufugiſſe. quid ad me?
  Dummodo confeſſi ſit fuga facta fugæ.

Quem per iſtum confeſſum deſignet, neſcio, an ſe, an me. Quod de vicariatu mones, non auſim facere; ne videar ſummo viro nimis eſſe familiaris, aut ipſius curæ diffidere. Elogia iſta clariſſimi Pighetti, acuta ſunt & plena genii. Vale Vir præſtantiſſime, & uxorem liberosque à me ſaluta, & cenſorem rigidiſſimum D. Hugenum. Amſtel. 1634.

EPI-

EPISTOLA II.

Clariſſimo & eximio Viro

CASPARI BARLÆO,

JOH. BEVEROVICIUS.

S. D.

Clariſſime Vir,

EO præproperus diſceſſus tuus mihi triſtior fuit, quod nullum grati animi indicium præbere potuerim. urgente imprimis partu uxoris, quæ me cum vix urbe exiiſſes damno auxit. Tum ſanè licuiſſet defœcato animo Muſis libare ſpumantem pateram, & diutius venerari præſentem, quem abſentem à ſcriptis admirari didiceramus, quotquot hic ſunt Barlæani nominis cultores. Inter eos, quod me tot beneficiis, nuper etiam miſſis aliquot ingenii tui monumentis, obſtrinxeris, animum meminiſſe pudet: cum vel eruditiſſima illa Epiſtola de Vitæ Termino, quam mihi ſcribe-

re dignatus es, æternum me tibi obligatum teneres. Hanc cum reliquis iterum typis mandare paro: quare ſi quid forte addendum videtur, ut illi deſiderant, qui erudita elegantia abrepti diutius ei inhærere mallent, gratiſſimum erit, ſi ad nos miſeris. Dominus Catſius heri Hagam profectus eſt, alioquin ſalutem ab illo mitterem, quam à me habeto amiciſſimam. Raptim. Dordr. XIX Oct. CIↃ IↃC XXXIV.

Nomini tuo devotiſſimus

JOHAN van BEVERWYCK.

Ad hanc Epiſtolam Barlæum Ep. 259. reſpondere nullus dubito, quantumvis ἀντιχρονισμὸς obſtare videatur, cum Barlæi editæ dies primus Octobris adſcriptus, hæc vero, ad quam illa reſponſoria eſſet, in Autographo meo clare diem habeat XIX. Itaque in Barlæanis erratum Typographicum irrepſiſſe veroſimillimum putarem.

EPI-

EPISTOLA III.

Clariſſimo & eximio Viro

CASPARI BARLÆO,

JOH. BEVEROVICIUS.

S. D.

Bis me beaſti, Vir Clariſſime, & litteris & carmine. Hoc ornaſti Frontiſpicium hujus, quem mitto, libelli de Calculo; illis non minus amice, quam urbane judicas de Idea Medicinæ, & Theſauro Sanitatis; cui hac ſecunda editione ex iis colophonem impoſui, operi neceſſarium. Utinam aliquando ſe offerat occaſio, qua declarare poſſim, quot vinculis me tibi obſtrictum eſſe ſentiam. Tum enim mihi demum videbor vere beatus; qui nec jam infelix dici poſſum, cum Barlæo non omnino diſpliceam. Quæ felicitas an non uxoris fœcunditati præponenda ſit, malim cogitare, quam

dicere. Illa jam octavum gravida, inuſitato tumore, parum comiter gemellos minatur. Quod ſi me damno augere pergit,

Optabo tecum parcius eſſe pater.

Vir Clariſſime vale, & vive feliciter ad patriæ & ſeculi gloriam. Dordrechti VIII Kal. Mart. cIↃ IↃ CXXXVIII.

Hac Epiſtola Beverovicium ad Barlæi 352. reſpondere crediderim.

EPISTOLA IV.

CLARISSIMO VIRO

CASPARO BARLÆO,

S. P. D.

CORNELIUS BOYUS.

VIR CLARISSIME.

Niſi me incertæ valitudinis tuæ fama, præ mærore, ſimul tecum afflixiſſet, in

in ſilentii moram non incidiſſem. Gratulor tibi ſanitati tuæ reſtituto. Faxit Deus immortalis, ut illuſtre illud & excellens caput in longum ævum patriæque ornamentum, pancraticè valens extollere pergas, magis, magiſque. Intereſt omnium, ſtare Rempublicam; & Reipublicæ ſupereſſe talem civem, qualem te ſemper, cum ſtupore omnium & admiratione, profeſſus es. Languebant Dordrechti, languore tuo, quotquot, te valente, valent. Vidi apud Ampliſſimum Catſium, tuum ac meum Hoſpitem, tuam Medicéam. Non hoc exprimere majeſtatem regiam eſt, ſed augere; non aſſequi, ſed præſtare. Non talis per Phrygias Berecynthia portas ivit, ut ut partu tot celebrata Deûm. non paria tibi Brabantus fecit, nec faciet Anglus. Perge ſic Patriæ ſupereſſe, eruditionum pater, & quod miremur, cuique Veterum recentiorumque meritum poſtponamus, grati Belgæ, indies extrude. Opus noſtrum commune, quod Dordrechti imprimitur, in voluminis formam excreſcere incipit. tua omnia abſoluta ſunt, ſequantur mea,

ut merito, ſic & loco. Habes hîc exemplar Epigrammatis tui, honori meo inſcripti, quod ut ſemper admirabor, ſic ejus ergo gratias agere non deſinam unquam ſempiternas. Vale, Vir Clariſſime chariſſimeque, & amare me, te deperientem, perge. iterum vale. Salutat te Ampliſſ. Catſius, Hugenius, Graſwinckeliuſque.

Tuus

Haga-Comitis 17 Febr. 1639.

Cornelius Boyus.

EPISTOLA V.

Clariſſimo & Eruditiſſimo

VIRO,

CASPARI BARLÆO.

Quamprimum me litterarum noſtrarum ſtudia cepere, vir Clariſſime, morbus

bus me invaſit, nec adhuc deſeruit, quem cacoëthen aut pruriginem ſcribendi vulgo ſolent nominare. Cujus mentionem non feciſſe Cælium Aurelianum, Principem veterum inter Romanos Medicorum, in erudito illo opere, quod de Acutis morbis inſcripſit, ſubinde ſoleo mirari. Ignotum illis temporibus fuiſſe facile mihi eſſet aſſerere, niſi tot antiquorum ſcriptorum moles obſtaret. Nuſquam autem latius graſſatur hodie, quam apud illuſtriſſimam gentem Germanorum. Ægritudine vero illa me quoque teneri facile tibi, ut de ceteris non dicam, hoc excrementum teſtabitur, quod explorandum tibi mitto, tanquam uni ex filiis medicorum. Quibus inter præcipua artis arcana eſt, naturam morbi & corporis conſtitutionem ex lotio aliisque ſimilibus expiſcari. Hippocratem aut Galenum veſtrum nondum legi, ſæpe tamen meum cogito, an non mihi recipiendum (utar ſolenni formula) ſilentii aliquid, donec judicium maturum erit, & abſtinendum aliquandiu à conſpectu Typographorum. Sed nihil hic audeo medico in-

 conſulto.

conſulto. Tu certo id, quod jam vides, inſpicere non gravaberis, & quî ſeſe habeat, indicare. Non quod inopia medicorum hic laboremus, ſed, ut in periculoſis morbis fieri ſolet, pluribus potius credemus. Vale, vir ſumme, & ignoſce liberioribus jocis Lugd. Bat. cIↄ Iↄc xxxv. Kal. Febr.

Clariſſimo nomini tuo dicatiſſimus

Marcus Zuerius Boxhornius.

Nullas Boxhornii ad Barlæum, vel Barlæi ad Boxhornium litteras in collectione editarum Epiſtolarum ipſorum, me legiſſe memini.

EPI-

EPISTOLA VI.

Clariſſimo Doctiſſimo

VIRO

CASPARI BARLÆO,

Med: & Philoſ: in Amſtelodamenſi Schola Illuſtr. Profeſſori

ARNOLDUS BUCHELLIUS.

S. P.

Doleo tecum, Clariſſime vir, amiſſam conjugem tuam dilectiſſimam multorumque liberorum parentem, quorum etiamnum pars incommodum ſuum ignorat. Poſſem vobis multa adferre ex hiſtoria, qua ſacra qua profana, nec non ex quotidiana hac vita, quæ minuendo dolori facere videri poſſet; niſi te eum eſſe ſcirem, qui tantum in ſacris litteris & Philoſophia veterum profeceris, ut rerum humanarum caſus ac neceſſitatis æquo ferre animo jam dudum dedice-

ris, neque Deo aut naturæ obluctandum eſſe putes. Quoties alios conſolatus es, id orbi notum & ſcripta tua ſatis ſuperque docent; jam nullus dubito, qnin ad malum hoc tuum, idem pharmacum adhibeas, doloremque tuum eodem leniendum eſſe ſcias. Nolo tamen te, mi Barlæe, Stoicum hic agere, neque impaſſibilitatem aut indolentiam illam veterum tibi proponere, quam animo imperes tuo; homines enim ſumus, qui ob amiſſionem rerum pretioſiſſimarum, nedum perſonæ tam conjunctæ, merito afficimur atque dolemus: verum adhibita rationis norma, illo adfectui frenum cum tempore injicere, & conceptum animi dolorem ægritudinem ea lenire; cum nihil vobis jam acciderit, quod non cuilibet evenire quotidie videamus, imo à quo nemo mortalium exemtus ſit. *Naſcendo morimur &c.*

Inevitabilis moriendi omnibus Lex, omni ætati adhæret, & quod ſummopere conſolari nos debet, non tam morimur Chriſtiani, quam cum meliore vita, per mortis commercium, hanc fragilem, & infinitis incommodita-

ditatibus obnoxiam commutamus. Sed fruſtra ego tibi, Vir Clariſſime, accino; ſcio te animum habere Chriſti doctrina munitum, adeo ut nullis humanarum rerum caſibus ſis ſuccubiturus; & perinde eo rationis moderamine, te hunc quoque caſum, licet graviſſimum, laturum, quam inſignis tua eruditio & doctrina poſtulare videbitur. Illa tua præivit, tu, cum Deo viſum erit, ſequeris. Ego verò quotidie illam mortis meditationem ante oculos magis magisque mihi pono, quæ jam non tam horrori, quam delectationi eſſe incipit, & ſimul cum ea mihi contemtus fragilis hujus vitæ creſcit. Quemadmodum enim nihil moleſtius vitæ præteritæ, tanta vanitate, tot malis refertæ, recordatione; ita nihil acceptius, melioris vitæ ſpe, accidere poteſt. Utinam D. O. M. per miſericordiam ſuam infinitam, criminum meorum multitudinis obliviſcatur, & me ad ſuum regnum tandem transferre dignetur. Sed ne te morer ultra, amantiſſime Barlæe, conſtantem & Philoſophia tua dignum animum in hac adverſitate ſumas, precor; neque ob

hunc

hunc acerbiſſimum tuum dolorem nimium te demittas, quin fructum eum ex tot annorum ſtudiis capias, quem hoc rerum ſtatu vobis neceſſarium, omnes tui ſtudioſi exiſtimabunt. Vale noſtri non immemor. Trajecti Batav. ad diem XII. Kal. Jul. 1635.

Ægrotare cœpit Uxor ineunte Majo 1635. obiit 19. Junii, elata vero eſt 22. ejuſdem menſis & anni ipſo *Barlæo* in Ep. 291. & 295. teſte, plurimis porro Epiſtolis ad amicos ſcriptis & laudat defunctam & deplorat.

EPISTOLA VII.

VIRO CLARISSIMO

DOMINO

CASPARI BARLÆO.

Amſtelodamum.

VIR CLARISSIME.

Tibi forſan ignaro nuper admodum obſtrinxit me Ampliſſimus D. Hooftius; cui poſterius, quam tibi, gratias agam. Miſit quippe tua quædam ἔπη ἑκατόμβοια· quibus iſta repono, vix ἐννεάβοια. In materiâ ſimili

mili quam ſumus, quæſo, diſſimiles? Dum doleo Patriæ fatum, meo potius ingemiſcere debebam: quod altius adſurgere non potuerim. Sed ecquem, præter Barlæum, decet παρατραγῳδεῖν; Mihi ſuffecerit non tacuiſſe, quo ipſo die in novum Friſiæ Gubernatorem (loco Fratris defuncti) eſt electus Illuſtriſſimus Comes Gulielmus Fredericus. Quamquam nec opella mea defuerit actui publico cùm in hoc eſſent P. C. atque illis permixtus, qui hæc ſcribit. Ut intelligas adhuc ſpirare, neque deſperare de ſalute. Tuam apud me adſeruit Affinis: utinam ex temet ipſo fiam certior! Quod poſſum intereà voveo animitus uti valeas perpetim, amesque

Tui obſervantiſſimum

G. Staackmans.

Dab. Franekeræ, XII. *Kal. Septemb. Anno* CIↃ IↃC XL.

E P I-

EPISTOLA VIII.

CLARISSIMO VIRO

CASPARI BARLÆO.

Benevolentiæ tuæ τεκμήριον, Doctiſſime Barlæe, non ad animum (ut ſcribis) revoco; nam nunquam mihi excidit, cum imis hæreat medullis, quod, poſtpoſitis tam privatis quam publicis negotiis, noſtrorum poëmatiis præcinere dignatus ſis. Certè Corvini aut Trapezuntii inſtar, ipſas litteras citius dediſcam, quam tale beneficium ex animo elabi ſinam. Neque tu ubique viſeris in librorum frontiſpiciis, nec parietaria ubique reperitur, illa enim amat regum palatia, Urbium muros & doctorum cœtuum cœnobia, nuſquam (quod ſciam) plebeiorum muris adhæret. Tu tantum operibus clarorum & luce dignorum ſcriptorum applaudere ſoles, tuoque condecorare elogio. Ex libellis quos ad me miſiſti, unum ante annum legi de profligata claſſe Hiſpanica; reliquos quoque, favente numine, brevi ſum lectu-

rus

rus cum apud nos jam ſit juſtitium. Quæcunque à te ſcripta ſupra invidiam ſunt, & vino vendibili (ut ajunt) non opus eſt hedera. Immo multis claſſicorum in hoc anteis, quod ſimul poëta & orator ſis, quod neque Virgilio, nec Ciceroni accidit; hujus enim tantum unicum carmen vidi, *O fortunatam natam me conſule Romam.* Solus inter eos Cornelius Gallus tui ſimilis, teſtaturque de ſe. *Orator toto clarus in orbe fui.* Et *ſæpe poëtarum mendacia dulcia finxi.* Nihil mihi humani dum inter mortales dego magis gratum, quam tecum amicitiam inceptam ſanćte colere, & ἀκιϐδήλως conſervare, cui titulos poſteritas ponet & aras. Wallaſius noſter per litteras ſuas tibi largius ſignificabit quanti te faciam, certeque tibi perſuadeas neminem viventium tibi magis devinćtum, quam

Tui ſtudioſiſſimum

Putea 4. Kal. Maji 1642.

SCOTOTARVATIUM.

Scototarvatius hac Epiſtola ad Barlæi 437. reſpondere, & 445. exarandæ materiam ſuppeditaſſe videtur.

EPI-

EPISTOLA IX.

Illuſtri ac Clariſſimo Viro,

DOMINO

CASPARI BARLÆO,

Philoſophiæ apud Inclytos Amſtelodamenſes Profeſſori,

Domino ſuo plurimum Colendo.

S. P.

CLARISSIME DOMINE.

Necdum tui amoris & affectus in me plane ſum ſecurus: de quo tam pulchre mihi hactenus tamen pollicebar. Ita meum animum diverſe trahebat familiaris colloquii intermiſſio. Quanquam, Tu Cl. Domine, temporum anguſtiâ, ſolenni illo, inquam, prætextu, TE omni culpâ abſolvas: aliàs conventu magis opportuno hanc tantam noxam expiaturus. Tunc fortaſſe dulce loquacibus THESSALÆ tuæ nervis in aliud cœlum

lum ac ſecretum abreptus. Cui militiæ, ut jocatur Apulejus, ſuus quoque indulgendus commeatus. Ne ego igitur miſer quicquam ſolido de die, Charitumque illo complexu mihi uſurpare velim: quem uno tinnitu boni verſus, quamvis Iönio mari turbidiorem, in tranquillum facilè collocare potes. Quod brevi quoque facturum te ſpero, quando Libellum Oratorium, quem pluteis tuis verecundè adſcribo, per pingue hoc otium legeris. In quo, ſi non lævum mihi planè judicium, magni Ciceronis præclarum Vindicem, erudiendæque Juventuti plena ubique veſtigia præceptaque invenies. Siquidem nervos ſui ingenii, omnemque induſtriæ vim in hoc unum Auctor intendit, ut Remp. Friſiorum & pubem ſibi concreditam benè dicendi inſtrumentis perpoliret. Quæ cura Divo Parenti viſa eſt ſemper optima, & inprimis libero homini maximè neceſſaria. De quo tamen in Eloquentiam conſilio & amore noſtræ juventuti quàm difficulter perſuademus! quæ nimiò penè docta, quando nudum Eloquentiæ nomen vel per tranſennam è lon-

ginquo conſpexit. Utinam! hæc ſcholis noſtris à publico accederet auctoritas, ut non tam maturè rudibus adoleſcentulis ad Academiam pateret aditus. Quò ubi ſemel, velut apertum in campum, ſe immiſerint, ſecum trahunt reliquarum artium præſentiſſimum naufragium. Cum quibus, Mercurialibus quaſi ſtatuis, poſtea in Lyceis, aut Gymnaſiis, Clariſſimis ab omni ævo ingeniis miſerrimè colluctandum. Dudum certè cenſore hîc opus, Palæmone aliquo aut Priſciano, qui Scholarum priſtinam dignitatem in integrum reſtituat. De quo argumento nuper quoque, cum Lugduni eſſem, cum Clariſſimo SCHOTANO prolixè diſſerui: qui conſilium hoc meum, de cogenda in ordinem juventute, utroque, quod dicitur, pollice approbabat. Et ſanè, pudor eſto Academiarum Præſidibus, quod aliquem ſine idoneo teſte ac commendatione in publicum ordinem & contubernium admittant. Cui tam improbæ conſuetudini ſi aliquando ſalutare remedium ſuppeteret, pulchrè profectò civium univerſæ ſaluti poſteriſque proſpiceretur.

retur. Faciam ego, pro virili mea parte, ut Eloquentiæ illa dignitas, cujus arcanum non niſi paucis ab Ægeria illa Dea innotuit, noſtræ juventutis animis auribusque intimè inſeratur. Qui nunquam deſinemus ſub veſtro Principatu atque ſignis Togatæ militiæ ſtipendia mereri.

Muſis amicus, triſtitiam & metus
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis.

Tu, Clariſſime Chariſſimeque Domine, noſtris quoque conatibus adſpira benigniter, & vive feliciter.

Tui illuſtri nomini famæque
Deditiſſimus

REINERUS NEUHUSIUS.
Gymn. Alcm. R.

Alcmariæ, ipſis Kal.
Auguſti. CIↃ IↃCCXLII.

Cl. Domine,

Hoc libenter cuperem, quamprimum reſponderes. Idque cultu tui nominis & ambitionis publicæ. Jam jam lucem minatur Tyrocinium Eloquentiæ, in quo habitas à noſtra juventute 30 Orationes repræſento. Cui pro Acceſſorio erit Faſciculus Epiſtolarum. Scripſit ad me Cl. Winsemius, Catzius, Forestus, aliique. Heinsium excipe, cum quo nulla mihi notitia. Ternæ, puto, ad te. Turpe mihi foret, ſi nullam tibi guttulam elicuiſſem Amoris & Litterarum. Patere bonâ veniâ, mi Patrone, hoc à te jure noſtro, hoc eſt, gratiarum impulſi ſtimulis, ſollicite atque obnixe petamus. Vale,

Illustrissime Barlææ,

A Tui nominis perenni
Amatore

Reinero Neuhusio.

E P I-

EPISTOLA X.

AMPLISSIMO VIRO

DOMINO

CASPARI BARLÆO,

Profeſſori Amſtelodamenſi.

Amſtelodamum.

Ampliſſime atque amiciſſime Vir,

Jam calamum ſumſeram, ut de itinere Sereniſſimi Domini Electoris te certiorem facerem, cum ecce tuas accipio, quibus adventum Serenitatis Suæ in veſtram Urbem, mihi indicas. Intempeſta hæc anni tempeſtas proculdubiò heroës iſtos fugabit & nobis citò reddet. Sed quando te hic exſpectabimus? Si rectè calculum pono, non venies ante diem Martis ob recitationem tuorum verſuum: diutiùs tamen manere non debes, ſi de loco conſpiciendi funus mature proſpicere velis. In prandio apud Comitem Rhingra-

vium, audivi deducendum illud fore rectà per plateam altam. Si quid certiùs intellexero per me, vel filium tuum ſcies. Condictus eſt exſequiis x. hujus menſis dies. Intereà Hollandiæ Ordines convenient, ut deliberent de dimiſſione copiarum illarum, quæ Gallicâ pecuniâ meruerunt; aut longiore ſuſtentatione. Audiviſti indubiè, Ampliſſimum Bickerum, qui ab Ordinib. Hollandiæ, una cum Niportio, in Zelandiam ablegatus fuerat, re infectâ rediiſſe. Provincia iſta jampridem decreverat, non deneganda eſſe Gallorum ſubſidia ab Illuſtriſſimo Legato oblata: non finiendum eſſe bellum abſque Gallis, nec pacem concludendam, niſi communi conſenſu: ſatisfaciendum eſſe Gallo ſuper ſecuritate pacis, quam garentiam vocant; imo exercitum cogendum & educendum è præſidiis, ob exterum militem qui Provinciarum limitibus minitatur. Batavi, contrà, à caſtris & exercitu abhorrent, & licet copias, quas ex ſubſidiis Gallicis hactenus aluerint, ſuſtentare adhuc velint, tamen ſubſidia illa Gallorum nullo modo acceptanda cenſent; veriti,

ne

ne novo bello obligentur. Geldria ſuperioris Provinciæ ceſſionem ſtrenuè adhuc urget, ac ſimul cum aliis Provinciis juriſdictionem Eccleſiaſticam in Tractu Sylvæducenſi. De Apologia D. Pavii multus fuit ſermo, ſed cum publicè nondum exſtet fortè ab editione abſtinebit. Ille ſolus à vander Burchio habuit litteras, frementibus quamplurimis ex Ordinibus Generalibus. Jam Meynerſwyckius Monaſterium conceſſit. Plura per temporis anguſtiam ſcribere non licet. Vale, Vir Amiciſſime, & me tui amantem amare perge. Dabam Hagæ Comitis 11 Maij. cIↄ Iↄc XLVII.

omni adfectu officiiſque tibi deditiſſimus

J. VICOFORTIUS.

FINIS.

VA1
1519385

Digitized by Google

Digitized by Google

117
B
82.

Digitized by Google

Vitt
X